

Observatorio de San Fernando

BIBLIOTECA

730

Núm.

Secc.

Carr.


Esta

Observatorio de Marina  
BIBLIOTECA

2688


Núm.





1813





# ORONTII

FINEI DELPHINATIS, RE-  
GII MATHEMATICARVM  
PROFESSORIS:

## QVADRANS

ASTROLABICVS, OMNI-  
bus Europæ regionibus inseruiēs:  
Ex recenti & emēdata ipsius Au-  
thoris recognitione in ampliore,  
ac longè fideliorem redactus de-  
scriptionem.

PARISIIS.

Apud Simonem Colinæum.

1534.

ГЛАВО

заглавијаја  
како се читати

САДАЧА

и то је да се  
читају сви  
текстови који  
се читају  
изједначено

и то је да се  
читају сви  
текстови који  
се читају  
изједначено




**PROINTEGERRIMO VIRO LUDOVICO**  
Lassereo, Regalis collegij Nauarræ prouisori vigilatissimo, Com-  
patri & amico admodum obseruando, **ORONTIUS FINEUS**  
Delphinus, Regius Mathematicarum interpres, S. D. P.



**ONSTRVXIMVS ALIQVANDO, ET TIBI**  
simul consecrauimus, humanissime Ludouice, nouum quendam cir-  
culi quadrantem, tali vel ratione vel industria excogitatum: vt  
vulgati Planisphærii (quod vocant Astrolabium) præ se fer-  
ret maiestatem, atque præcipua ipsius instrumenti facies, prin-  
cipali eiusdem Astrolabii contexturæ, & dorsum vnius (sic enim adpellant poste-  
riorem partem) alterius dorso responderet. Adeò quidem, vt singula ferè quæ per  
ipsum venamur Astrolabium eiusdem quadrantis adminiculo, non minori conse-  
muntur facilitate. At quoniam nihil est (in his potissimum mathematicis oblectamentis,  
propter fœcundam ipsarum Mathematicarum vberatem, atque certitudinem) tam  
adcuratè conscriptum, aut subtiliter excogitatum: quod successu temporis in melius cō-  
mutari, felicioriue non possit elucidari traditione. Idcirco præfatum quadrantem  
vniuersalem rursum examinavimus, & in longè commodiorem, ampliorēmque tandem  
immutauimus descriptionem, vnicā tantummodo quadrantis effigie comprehensam,  
& visu & intellectu suauissimam. Hunc itaque rursum tibi dicandum fore, iure  
existimauimus: atque sub tui nominis auspicio, cæteris bonæ voluntatis hominibus cō-  
municandum. vt meæ erga te obseruantiae pignus habeas: quo agnoscant vniuersi, me  
tibi, ob piam & liberalem munificentiam tuam, debere plurimum. Tuum erit igitur,  
ornatissime vir, hosce labores nostros, interea dum sub Christianissimi Regis Franci-  
isci, Mecœnatis nostri clementissimi fauore, grauiora molimur, liberali ac perhumano  
vultu suscipere: & à virulentis maleuolorum vindicare latratibus. Spero nanque  
quadrantem ipsum (quem Astrolabicum non iniuria collibuit adpellare) studiosis om-  
nibus non parum vtilitatis, atque delectationis adlaturum. Quanquam enim Astro-  
labium, mirabilem quandam præ se ferat usus vel facilitatem, vel amplitudinem: nul-  
li tamen dubium est, vel in astronomicis paru eruditio, quod difficilis & tædiosa sit ipsi-  
us Astrolabii contextura. ob numerosam quippe tum peculiarium tabularum, tum alia-  
rum partium multitudinem, & ipsius fenestratæ, ac circumvolubilis rotæ Firmamenti  
(quam Araneam perperam vocant) laboriosam descriptionem. Quæ summè necessa-  
riam vix, aut raro inter se posse obseruare respondentia. Ad ipsius itaque Astro-  
labici quadrantis declarationem, ac usum accedentes multifariū: te interea obnixè de-  
precamus, vt tuum Orontium solita prosequi non graueris amicitia. Vale, Ex ædibus  
nostris, apud inclytam Parisiorum vniuersitatem, M. D. XX. IIII.

a.ii.



# INDEX PROPOSITIONVM, QVAE IN HOC CONTINENTVR OPERE.

Propo-  
sitio.

1. **V**T præfatus quadrans astrolabicus, ex ipso deductus fuerit planisphærio: in primis ostendere.
2. **C**Partes instrumenti: earumque nomina, vel officia, consequenter declarare.
3. **C**Verum Solis locum in Zodiaco, ad præcipuos quadrantis usus necessariū, calculare.
4. **C**Altitudinem Solis super Horizontem, quavis hora diei artificialis obseruare: & antemeridianam à pomeridiana distinguere.
5. **C**Stellarum noctu apparentium, altitudinem super Horizontem responderter inuenire.
6. **C**Solis, ac stellarum omnium in quadrante descriptarum, necnon cuiuslibet gradus Eclipticæ, declinationem ab Aequatore supputare.
7. **C**Meridianam Solis elevationem, absque radiorum obseruatione concludere.
8. **C**Maximam, hoc est, sub Meridiano contingentem stellarum altitudinem, alteriter itidem numerare.
9. **C**Ex meridiana Solis, aut stellæ sublimitate, & data regionis latitudine: ipsius Solis, aut stellæ propositæ declinationem, versa vice perscrutari.
10. **C**Data Solis, aut stellæ declinatione: locū ipsius Solis in Zodiaco, vel ipsam stellam in quadrante descriptam elicere.
11. **C**Quæ stellæ orientantur & occidunt, quæve nunquam occultentur, definire.
12. **C**Cognita Solis declinatione, ac meridiana eiusdem altitudine: poli sublimitatem, seu regionis latitudinem inde colligere.
13. **C**Idem quod proxima docuit propositio, per stellas fixas, tam orientes & occidentes, quam perpetuo super Horizontem circunductas, inuestigare.
14. **C**Qua hora Sol oriatur, & occidat, consequenter inuenire.
15. **C**Arcum diurnum, & nocturnum Solis: hoc est, diei, atque noctis artificialis quantitatem dimetiri.
16. **C**Horam inæqualem diurnam, lucente Sole, per ipsum quadrantem obseruare.
17. **C**Horæ inæqualis tam diei, quam noctis artificialis, reperire quantitatem.
18. **C**Horas inæquales ad æquales conuertere: hoc est, ex hora inæquali, ad æquales horæ cognitionem deuenire.
19. **C**Horas æquales diurnas ab ortu Solis numeratas: à meridie, aut media nocte, gallico more supputare.
20. **C**Easdem horas à meridie, aut media nocte supputatas, in horas ab ortu, vel occasu Solis, in vigintiquatuor (antiquo more) productas, reducere.
21. **C**Maximarum dierum, atque noctium artificialium, pro varia locorum latitudine, seu poli borealis exaltatione, colligere diuersitatem.
22. **C**Stellarum orientium & occidentium, diurnum atque nocturnum arcum sciscitari.
23. **C**Stellæ, vel dati cuiuslibet Eclipticæ puncti, ascensionem in recto sphæræ situ numerare.
24. **C**Eandem puncti Eclipticæ dati, vel syderis ascensionem, in obliqua sphæra responderter inquirere.
25. **C**Descensionem stellæ, vel datæ partis Eclipticæ, in utroque sphæræ situ dimetiri.
26. **C**Cuiuslibet signi vel arcus Eclipticæ dati, ascensionem, atque descensionem, tam in recta quam obliqua sphæra, seorsum discernere.

11

27. ¶ Arcum Eclipticæ, cui data quævis recta, vel obliqua debetur ascensio, siue descensio, versa vice perscrutari.
28. ¶ Arcum diurnum, aut nocturnum Solis, aliter quam decimaquinta edocuit propositio, explorare.
29. ¶ Gradum Eclipticæ cum quo stella peruenit ad medium cæli, tam in recta, q̄ obliqua sphæra reperire.
30. ¶ Gradum Eclipticæ, cum quo stella oritur & occidit, in utroque sphæræ situ distinguere.
31. ¶ Ascendentem Eclipticæ gradum, vel horoscopum, & reliquos Cæli cardines, quacunque hora data manifestare.
32. ¶ Eundem horoscopum vel ascendentem Eclipticæ gradum, per aliquam fixarum stellarum orientium & occidentium, noctu aliter inquirere.
33. ¶ Horam inæqualem nocturnam, ex predictis reddere notam.
34. ¶ An data stella, vel Eclipticæ punctum, sit in ortiu aut occidua Cæli parte: suprâve, aut infra circulum Horizontem, indagare.
35. ¶ Initia, seu cuspides duodecim domorum Cæli, iuxta veterum visitatissimam erigere traditionem.
36. ¶ Dato arcu circuli: sinum rectum atque versum illius arcus inuenire.
37. ¶ Antecedentis & immediatæ propositionis, geometricam subiungere demonstrationem. //
38. ¶ Oblato sinu recto, aut verso alicuius arcus: ipsum arcum versa vice colligere.
39. ¶ Arcu circuli dato, chordam, siue subtendentem rectam, atque è diuerso computare.
40. ¶ Cōmunia quædam sinuum, tum ad inuicem, tum per quadrantis sinum multiplicationem atque diuisionem respicientia, & succedentium propositionum facilitantia calculum, consequenter edocere.
41. ¶ Solis, vel datæ cuiuslibet Eclipticæ partis declinationem, ex præfatis sinibus, fideliori quam sexta tradiderit propositio, deprehendere calculo.
42. ¶ Rectam ascensionem dati cuiuslibet arcus Eclipticæ, à proxima sectione cum Aequatore sumentis exordium: præcisius quam vigesimatercia propositione discernere. //
43. ¶ Differentiam ascensionalem ( quæ eadem semper est, cum arcus semidiurni in dato sphæræ situ, & sub Aequinoctiali differentia ) aliter quam vigesima-quarta propositione in vniuersum perscrutari.
44. ¶ Dati cuiuslibet Eclipticæ puncti, latitudinem ortiuam, ad liberam poli sublimitatem calculare.
45. ¶ Quantum extollatur polus borealis, supra quemlibet positionis circulum, iuxta modum rationalem adpellatum, octo domos intermedias, vel earum partes definitum, ostendere. //
46. ¶ Initia, cuspidésve duodecim domorum, iuxta rationale earundem constitutere distinctionem.
47. ¶ Solis altitudinem super horizontem, quacunque hora data, & in quauis oblique sphæra, absque radiorum inspectione numerare. //
48. ¶ Arcus horarios, tam in horizontali plano, quam in verticali ad Astrum erecto, ad datam quamvis poli sublimitatem inuenire.
49. ¶ Quam rationem habeat oblatus in sphæra parallelus, ad quemvis magnum circulum, exprimere.
50. ¶ Duorum locorum cognitarum longitudinum atque latitudinum, viatoriam elongationem, seu directum itineris interuallum indagare. //

## INDEX PROPOSITIONVM.

51. ¶ Ex data Solis altitudine, utriusque umbræ, rectæ inquam & versæ, dignoscere quantitatem. //
52. ¶ Datæ cuiuscunque rei, super terrestri vel horizontali plano perpendiculariter eleuatæ, altitudinem per umbram eiusdem rei contemplari. //
53. ¶ Præfatam rerum altitudinem, absque umbra, per radij visualis observationem comprehendere.
54. ¶ Rei inaccessibilis sursum itidem perpendiculariter erectæ, altitudinem quoque dimetiri.
55. ¶ Eiusdem rei supra montem constitutæ, ex circumposito plano, altitudinem examinare.
56. ¶ Plani longitudinem, seu longitudinis super terrestri superficie coextensæ, supputare quantitatem. //
57. ¶ Rerum depressorum, profunditatūmve quantitatem, tandem reddere notam. //

## I N D I C I S

## F I N I S

# MOONTI FINEI

DELPHINATIS, REGII MATHEMATI-  
CARVM PROFESSORIS, IN QVADRANTEM  
Astrolabicum, eiusdem & amplioris cum vulgato Planisphæ-  
rio commoditatis, omnibus Europæ regionibus inseruientem:  
Enarratio clarissima, ab ipso Authore recens castigata, aucta,  
& recognita, ac in longè cōmodiorem redacta descriptionem.

## ¶ Propositio prima.



**T** præfatus quadrans Astrolabicus, ex ipso deductus fuerit planisphærio: in primis ostendere.

¶ Si primam huius instrumenti conceptionē prægustare libuerit: describito super quapiā subtili charta (veluti papyracea) vniuersam planisphærij seu Astrolabij vulgati cōtexturam, exceptis verticalibus, & altitudinum, atq; inæqualium horarum circulis, vñā tamen cum immobili Zodiaco, & horizontibus aliquot, ad electas poli sublimitates delineatis, necnon veris quotquot libuerit fixarum stellarum locis. Deinde plicetur charta, in longum ac rectum lineæ meridianæ: sic vt dexter Astrolabij semicirculus, coincidat in finistrum. Rursusq; huiuscemodi geminata figura Astrolabica, in directū ipsius horizontis recti conduplicetur. Co-incident igitur quatuor Astrolabici quadrantes, Meridiano atque Horizonte recto comprehensi, in ipsum vniuersalem quadrantem propositum. Cuius rei fidem faciet, in hunc modum cōduplicata planisphærij charta, tuis oculis in lucem obiecta: & singulis inde lineamentis, sedula animaduersione notatis. Habet igitur, qua via ipsum conceperimus instrumentum. cætera autem pro ratione partiū & usus facilitate, necnō fœcunda singulorum amplitudine, pro nostra excogitauimus industria.

## ¶ Propositio secunda.

**P**artes instrumenti, earumque nomina, vel officia, consequenter declarare.

¶ Adsunt itaq; primū duæ lineæ rectæ a b & a c, ipsum a b c quadrantem includentes, & in a, centro quadrantis ad rectum conuenientes angulum. Quarum læua, hoc est, a b, rectum imitatur horizontem: & in 60 partes adinuicem æquales distributa est, ad utriusque sinus, recti scilicet & versi, conducentes inuentionem. Dextra vero a c, Meridiani fungitur officio: vnde suis partibus vltro citrōq; sectionem eiusdem Meridiani cum Aequatore distributis insignitur, ad supputandas partiū Eclipticæ, aut syderum ab Aequatore declinationes, atque regionum latitudines, seu polares eleuationes, haud parum conducentibus. Ipsius porrò quadrantis centrū a, polum designat arcticum siue boreum, aut septentrionalem. ¶ Sunt & in transuersum quadrantis, tres arcus adinuicem cōcentrici atque paralleli, circa idem centrum a, proportionata ratione descripti. Quorū minor, hoc est, centro siue polo vicinior, Tropicū Cancri: medius, vtpote d e, circulum Aequatorem: succedens & omnium maximus b c, versus limbum, Tropicum repræsentat Capricorni. ¶ A læua deinde Horizontis recti cū Aequatore sectione d, in præfatos Tropicos, & ipsum meridianum duæ inclinantur viæ solaris, seu Zodiaci, aut Eclipticæ medietates, in sua signa, & signorum partes, vñā cum adiunctis numeris, solito more distributæ, d f scilicet atq; d c. Quarum d f, ea inq; quæ versus polum & Cæri tropicum inclinatur, septentrionalis, aut borea: quæ autem ad limbum & Tropicum vergit Capricorni, vtpote d c,

Horizon re-  
ctus.  
Linea meri-  
diana.

Polus arcti-  
cus.

Tropic⁹ ♂  
Aequator.  
Tropicus ♀

Binæ zodia-  
ci vel Ecli-  
pticæ ptes.

## ORONTII FINEI DELPH.

meridiana vel australis adpellatur. Et earū quælibet tribus signis eundo totidēmque  
redeundo deseruit: ipsa porrò sectio d, vernali atq; autunali deputatur æquinoctio.  
**C**Ex qua quidē Zodiaci, Aequatoris & recti Horizōtis intersectione d, sex obliqui  
prodeunt Horizontes, ad media vulgariū climatum, à tertio nempe usq; ad octauū  
delineati. Quorū septentrionales & integræ medietates, ab Aequatore versus polū,  
in ipsum protendūtur Meridianum: australes verò, & pro maiori parte à Capricorni  
parallelo truncatæ, sub eodem Aequatore, versus Limbus respodenter inclinātur.  
**C**Sub ipso postmodū Capricorni Tropico, adest Limbus in 90 gradus Aequatoris  
distributus: quos quadruplici numerorum, pro quadrātū ipsius Aequatoris respodē-  
tia, distinximus ordine: vt Limbus ipse eundo, redeudoq; toti deseruiat Aequatori.  
**C**Sub eisdem porrò gradibus Aequatoris, versus exteriorē Limbi partem, scribun-  
tur æqualium horarū interualla, quindenos Aequatoris gradus amplectētia. Quarū  
tam antemeridianæ q̄ pomeridianæ eisdem characteribus designātur arithmeticis:  
sic tamen, vt vtraq; duodecima in a c Meridiano versus dextram, & vtraq; sexta læ-  
uorsum, ad rectum Horizontē a b terminetur. **C**Nonnullæ præterea fixarum stella-  
rum primæ \*, vel secundæ ★, & nōnunq; tertiae ✶ magnitudinis, suis locis inscriptæ  
sunt vltro citroq; circulū Aequatorē dispersæ proprijs nomēclaturis ornatæ. Quæ  
cuius existāt signi, ipse ordo nominū, & characterū (quibus ipsa syderum atq; signo-  
rum inscripta sunt nomina) respodētia, primo intuitu manifestat. **C**Ab ipsa rursum  
horizōtali & sinistra linea a b, sex incuruatæ lineaæ, ex eodem centro a, dextrorsum  
in Capricorni Tropicum incidentes, vñā cum eadem a b, sex distingunt inæqualiū  
horarum interualla, tam ante q̄ post meridiē inferuentia, veluti circumscripti iuxta  
Aequatorē ostendūt numeri. Quarum linearum ea quæ dimidium cōplet circulum,  
meridianā, seu terminū indicat horæ sextæ: quæ verò illi similis & æqualis, sed inuer-  
so descripta est ordine, Arcus inuersus dicitur, ad completam sinuum inuestigatio-  
nem necessarius. **C**Sub ipso tādē Capricorni Tropico b c, iuxta Limbi, seu graduū  
Aequatoris distinctiones, inserta sūt duo vñbrarū (rectæ scilicet, ac versæ) latera, ad  
medium quadrantis coeūtia, & in partes 12, ex vñbrarum gnomone pendentes, so-  
lito more distributa: quarum ordinem, inscripti ab vtroq; latere, versus mediū qua-  
drantis, videntur indicare numeri. **C**Postremo, ex a centro siue polo, filum demit-  
tatur admodū subtile, plumbeo vel alio quoquis perpendiculo, atque gemino indi-  
ce, seu currente nodulo munitum. In dextro porrò quadrantis latere a c, gemina &  
ad inuicem parallela configantur pinnacidia, binis ē diametro pertusata forami-  
nibus: quorum subtiliora, radijs veniūt exponenda solaribus: grossiora autem tum  
fixis syderibus, tum rebus cæteris visuali radio cōtemplandis sunt adaptanda. Hæc  
summatim, de partium instrumenti promissa descriptione: nunc vsum illius multifa-  
riū, suo tractemus ordine.

### **C**Propositio tertia.

**V**erum Solis locum in Zodiaco, ad præcipuos quadrantis usus ne- 3  
cessarium, calculare.

**C**Bona pars vtilitatum huiusc, ac similiū instrumentorum: veri loci solaris in  
Zodiaco, videtur præsupponere cognitionem. Sol namq; sub diuersis ipsius Zodi-  
aci partibus, ad regulatam Vniuersi lationem dietim circunductus: eorum quæ hisce  
causat inferioribus rationem immutat. Selegimus itaq; tibi ipsius loci solaris inu-  
tionem omnium facillimam, & quantum nostro opus est negotio, satis præcisam: nō  
quidem ex circulatis graduum Zodiaci cum dierum interuallis (quæ plus one-  
ris, quam fidei, talibus ingerunt instrumentis) sed ex binis quæ sequuntur numera-  
libus tabellis. **C**Cum oblato igitur annorum numero, ingredere primam tabellam:  
& id quod in gradu & minutis, vel in minutis tantum, ē dextra annorum offendes  
regione, seorsum obserua. Intra postmodū tabellam secundā principalem, cū ipso  
die mensis proposito: & gradus atque minuta suprascripti signi, ad communem mē-  
sis & diei angulum occurrentia, suscipito. Quibus adde prius inuentum minitorum

Horizontes  
obliqui.

Gradus Ae-  
quatoris in  
Limbo.

Horarū Ae-  
qualiū inter-  
ualla.

Stellæ fixæ.

Inæqualium  
horarum di-  
stinctiones.

Arcus inuer-  
sus.

Vñbrarū la-  
tera.

Cætera qua-  
drantis orna-  
menta.

Cognitio ve-  
ri loci Solis  
necessaria.

Canon.

numerum, singula singulis astronomica ratione componendo: congeries enim, verum Solis locum in Zodiaco (quem recta linea, à Mundi centro per centrum Solis, ad ipsius Zodiaci circumferentiam producta denotat) ad diei oblati meridiem indicabit. Idq; velim intelligas, si datus annus fuerit bissextilis. Nam si communis extiterit annus, ab huiuscemodi aggregato loci solaris numero, demendus erit gradus vnum, à fine mensis Februarij, per singulos dies reliquorum mensium eiusdem anni. Residuum enim præfatum Solis locum ostendet. Nec curandam impræsentiarū duximus addendam subtrahendam, ob varietatem meridianorum, differentiam: vt pote, quæ per exigua sit, & nullius ferè momenti.

¶ Tabula prima veri motus Solis in Zodiaco, pro subscriptorum annorum varietate supputata.

	Adde vero loco Solis.				Adde vero loco Solis.		
Anni Christi.	Gra.	Mi.			Anni Christi.	Gra.	Mi.
b. 1520	0	4			1551	0	32
1521	0	50			b. 1552	0	18
1522	0	35			1553	1	4
1523	0	20			1554	0	49
b. 1524	0	5			1555	0	34
1525	0	51			b. 1556	0	19
1526	0	36			1557	1	5
1527	0	21			1558	0	50
b. 1528	0	7			1559	0	35
1529	0	53			b. 1560	0	21
1530	0	38			1561	1	7
1531	0	23			1562	0	52
b. 1532	0	9			1563	0	37
1533	0	55			b. 1564	0	23
1534	0	40			1565	1	9
1535	0	25			1566	0	54
b. 1536	0	11			1567	0	39
1537	0	57			b. 1568	0	25
1538	0	42			1569	1	11
1539	0	27			1570	0	56
b. 1540	0	12			1571	0	41
1541	0	58			b. 1572	0	26
1542	0	43	Sextans		1573	1	12
1543	0	28	Septentrionis		1574	0	57
b. 1544	0	14			1575	0	42
1545	1	0			b. 1576	0	28
1546	0	45			1577	1	14
1547	0	30			1578	0	59
b. 1548	0	16	Septentrionis		1579	0	44
1549	1	2	Mars		b. 1580	0	30
1550	0	47					

¶ Sequitur Tabula secunda principalis,  
veri loci Solis in Zodiaco.

ORONTII FINEI DELPH.

¶ Tabula secunda principalis, continens verum locum Solis  
in Zodiaco, ad cuiuslibet diei totius anni meridiem.

	Januarius.		Februarius.		Martius.		Aprilis.		Maius.		Iunius.	
Dies.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.
1	20	21	21	52	20	55	21	22	20	19	19	53
2	21	22	22	52	21	54	22	20	21	16	20	50
3	22	23	23	53	22	54	23	19	22	14	21	47
4	23	24	24	54	23	53	24	17	23	11	22	44
5	24	25	25	54	24	52	25	15	24	9	23	41
6	25	26	26	55	25	52	26	14	25	6	24	38
7	26	27	27	55	26	51	27	12	26	4	25	35
8	27	28	28	56	27	51	28	10	27	1	26	32
9	28	29	29	56	28	50	29	8	27	59	27	29
10	29	31	0	56	29	49	0	6	28	56	28	26
11	0	32	1	56	0	48	1	5	29	53	29	23
12	1	33	2	57	1	47	2	3	0	51	0	20
13	2	34	3	57	2	46	3	1	1	48	1	17
14	3	35	4	57	3	45	3	59	2	45	2	14
15	4	36	5	57	4	44	4	57	3	42	3	11
16	5	37	6	57	5	43	5	54	4	40	4	8
17	6	38	7	57	6	42	6	52	5	37	5	5
18	7	39	8	58	7	41	7	50	6	34	6	2
19	8	40	9	58	8	40	8	48	7	31	6	59
20	9	41	10	58	9	39	9	46	8	29	7	56
21	10	42	11	58	10	38	10	43	9	26	8	53
22	11	43	12	58	11	36	11	41	10	23	9	50
23	12	44	13	57	12	35	12	39	11	20	10	47
24	13	45	14	57	13	34	13	36	12	17	11	44
25	14	46	15	57	14	32	14	34	13	14	12	42
26	15	47	16	56	15	31	15	32	14	11	13	39
27	16	48	17	56	16	30	16	29	15	8	14	36
28	17	49	18	55	17	28	17	27	16	5	15	33
29	18	50	19	55	18	27	18	24	17	2	16	30
30	19	51			19	25	19	22	17	59	17	27
31	20	52			20	24			18	56		

Horas tablas se levan a dar 10 horas quedan son 10 andar 20. O m x 8

¶ Signa Septentrionalia.

	Aries.	Taurus.	Gemini.	Cancer.	Leo.	Virgo.
	Y	8	II	o	Q	mp
01	o	8721				
02	o	8721				
03	o	8721				
04	o	8721				

¶ Signa Meridionalia.

	Libra.	Scorpio.	Sagitta.	Capricor.	Aquari <sup>9</sup> .	Pisces.
	Ω	m	⇒	z	≈	X
01	o	8721				
02	o	8721				
03	o	8721				
04	o	8721				

Signos del Sol en las leyes de la Luna  
en los signos del Zodiaco.

Residua pars Tabulæ secundæ principalis, veri loci Solis  
in Zodiaco, ad cuiuslibet diei totius anni meridiem.

	Iulius.		Augustus.		September		October.		Nouember.		December.	
Dies.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.
1	18	24	18	1	18	2	17	38	18	48	19	23
2	19	21	18	58	19	1	18	38	19	49	20	24
3	20	18	19	56	19	59	19	37	20	50	21	26
4	21	15	20	54	20	58	20	37	21	51	22	27
5	22	12	21	51	21	57	21	37	22	51	23	29
6	23	9	22	49	22	56	22	37	23	52	24	30
7	24	6	23	47	23	55	23	37	24	53	25	31
8	25	3	24	44	24	53	24	37	25	54	26	33
9	26	1	25	42	25	52	25	37	26	55	27	34
10	26	58	26	40	26	51	26	37	27	56	28	36
11	27	55	27	38	27	50	27	37	28	57	29	37
12	28	52	28	36	28	49	28	37	29	59	0	39
13	29	49	29	mp 34	29	48	29	37	1	0	1	40
14	0	47	0	32	0	47	0	38	2	1	2	42
15	1	44	1	30	1	46	1	38	3	2	3	44
16	2	41	2	28	2	46	2	38	4	3	4	45
17	3	39	3	26	3	45	3	39	5	5	5	46
18	4	36	4	24	4	44	4	39	6	6	6	48
19	5	33	5	22	5	43	5	39	7	7	7	49
20	6	31	6	21	6	43	6	40	8	8	8	51
21	7	28	7	19	7	42	7	41	9	10	9	52
22	8	25	8	17	8	41	8	41	10	11	10	54
23	9	23	9	16	9	41	9	42	11	12	11	55
24	10	20	10	14	10	40	10	42	12	13	12	57
25	11	18	11	12	11	40	11	43	13	15	13	58
26	12	15	12	11	12	39	12	44	14	16	14	59
27	13	13	13	9	13	39	13	44	15	17	16	1
28	14	10	14	8	14	39	14	45	16	19	17	2
29	15	8	15	6	15	38	15	46	17	20	18	3
30	16	5	16	5	16	38	16	46	18	21	19	5
31	17	3	17	3			17	47			20	6

ad hanc tabulam selecione annorum 10 dies ab eius 14 et usque 24 et 25 et 26 et 27 et 28 et 29 et 30 et 31 et 32 et 33 et 34 et 35 et 36 et 37 et 38 et 39 et 40 et 41 et 42 et 43 et 44 et 45 et 46 et 47 et 48 et 49 et 50 et 51 et 52 et 53 et 54 et 55 et 56 et 57 et 58 et 59 et 60 et 61 et 62 et 63 et 64 et 65 et 66 et 67 et 68 et 69 et 70 et 71 et 72 et 73 et 74 et 75 et 76 et 77 et 78 et 79 et 80 et 81 et 82 et 83 et 84 et 85 et 86 et 87 et 88 et 89 et 90 et 91 et 92 et 93 et 94 et 95 et 96 et 97 et 98 et 99 et 100 et 101 et 102 et 103 et 104 et 105 et 106 et 107 et 108 et 109 et 110 et 111 et 112 et 113 et 114 et 115 et 116 et 117 et 118 et 119 et 120 et 121 et 122 et 123 et 124 et 125 et 126 et 127 et 128 et 129 et 130 et 131 et 132 et 133 et 134 et 135 et 136 et 137 et 138 et 139 et 140 et 141 et 142 et 143 et 144 et 145 et 146 et 147 et 148 et 149 et 150 et 151 et 152 et 153 et 154 et 155 et 156 et 157 et 158 et 159 et 160 et 161 et 162 et 163 et 164 et 165 et 166 et 167 et 168 et 169 et 170 et 171 et 172 et 173 et 174 et 175 et 176 et 177 et 178 et 179 et 180 et 181 et 182 et 183 et 184 et 185 et 186 et 187 et 188 et 189 et 190 et 191 et 192 et 193 et 194 et 195 et 196 et 197 et 198 et 199 et 200 et 201 et 202 et 203 et 204 et 205 et 206 et 207 et 208 et 209 et 210 et 211 et 212 et 213 et 214 et 215 et 216 et 217 et 218 et 219 et 220 et 221 et 222 et 223 et 224 et 225 et 226 et 227 et 228 et 229 et 230 et 231 et 232 et 233 et 234 et 235 et 236 et 237 et 238 et 239 et 240 et 241 et 242 et 243 et 244 et 245 et 246 et 247 et 248 et 249 et 250 et 251 et 252 et 253 et 254 et 255 et 256 et 257 et 258 et 259 et 260 et 261 et 262 et 263 et 264 et 265 et 266 et 267 et 268 et 269 et 270 et 271 et 272 et 273 et 274 et 275 et 276 et 277 et 278 et 279 et 280 et 281 et 282 et 283 et 284 et 285 et 286 et 287 et 288 et 289 et 290 et 291 et 292 et 293 et 294 et 295 et 296 et 297 et 298 et 299 et 300 et 301 et 302 et 303 et 304 et 305 et 306 et 307 et 308 et 309 et 310 et 311 et 312 et 313 et 314 et 315 et 316 et 317 et 318 et 319 et 320 et 321 et 322 et 323 et 324 et 325 et 326 et 327 et 328 et 329 et 330 et 331 et 332 et 333 et 334 et 335 et 336 et 337 et 338 et 339 et 340 et 341 et 342 et 343 et 344 et 345 et 346 et 347 et 348 et 349 et 350 et 351 et 352 et 353 et 354 et 355 et 356 et 357 et 358 et 359 et 360 et 361 et 362 et 363 et 364 et 365 et 366 et 367 et 368 et 369 et 370 et 371 et 372 et 373 et 374 et 375 et 376 et 377 et 378 et 379 et 380 et 381 et 382 et 383 et 384 et 385 et 386 et 387 et 388 et 389 et 390 et 391 et 392 et 393 et 394 et 395 et 396 et 397 et 398 et 399 et 400 et 401 et 402 et 403 et 404 et 405 et 406 et 407 et 408 et 409 et 410 et 411 et 412 et 413 et 414 et 415 et 416 et 417 et 418 et 419 et 420 et 421 et 422 et 423 et 424 et 425 et 426 et 427 et 428 et 429 et 430 et 431 et 432 et 433 et 434 et 435 et 436 et 437 et 438 et 439 et 440 et 441 et 442 et 443 et 444 et 445 et 446 et 447 et 448 et 449 et 450 et 451 et 452 et 453 et 454 et 455 et 456 et 457 et 458 et 459 et 460 et 461 et 462 et 463 et 464 et 465 et 466 et 467 et 468 et 469 et 470 et 471 et 472 et 473 et 474 et 475 et 476 et 477 et 478 et 479 et 480 et 481 et 482 et 483 et 484 et 485 et 486 et 487 et 488 et 489 et 490 et 491 et 492 et 493 et 494 et 495 et 496 et 497 et 498 et 499 et 500 et 501 et 502 et 503 et 504 et 505 et 506 et 507 et 508 et 509 et 510 et 511 et 512 et 513 et 514 et 515 et 516 et 517 et 518 et 519 et 520 et 521 et 522 et 523 et 524 et 525 et 526 et 527 et 528 et 529 et 530 et 531 et 532 et 533 et 534 et 535 et 536 et 537 et 538 et 539 et 540 et 541 et 542 et 543 et 544 et 545 et 546 et 547 et 548 et 549 et 550 et 551 et 552 et 553 et 554 et 555 et 556 et 557 et 558 et 559 et 560 et 561 et 562 et 563 et 564 et 565 et 566 et 567 et 568 et 569 et 5610 et 5611 et 5612 et 5613 et 5614 et 5615 et 5616 et 5617 et 5618 et 5619 et 5620 et 5621 et 5622 et 5623 et 5624 et 5625 et 5626 et 5627 et 5628 et 5629 et 5630 et 5631 et 5632 et 5633 et 5634 et 5635 et 5636 et 5637 et 5638 et 5639 et 5640 et 5641 et 5642 et 5643 et 5644 et 5645 et 5646 et 5647 et 5648 et 5649 et 5650 et 5651 et 5652 et 5653 et 5654 et 5655 et 5656 et 5657 et 5658 et 5659 et 5660 et 5661 et 5662 et 5663 et 5664 et 5665 et 5666 et 5667 et 5668 et 5669 et 56610 et 56611 et 56612 et 56613 et 56614 et 56615 et 56616 et 56617 et 56618 et 56619 et 56620 et 56621 et 56622 et 56623 et 56624 et 56625 et 56626 et 56627 et 56628 et 56629 et 56630 et 56631 et 56632 et 56633 et 56634 et 56635 et 56636 et 56637 et 56638 et 56639 et 56640 et 56641 et 56642 et 56643 et 56644 et 56645 et 56646 et 56647 et 56648 et 56649 et 56650 et 56651 et 56652 et 56653 et 56654 et 56655 et 56656 et 56657 et 56658 et 56659 et 56660 et 56661 et 56662 et 56663 et 56664 et 56665 et 56666 et 56667 et 56668 et 56669 et 566610 et 566611 et 566612 et 566613 et 566614 et 566615 et 566616 et 566617 et 566618 et 566619 et 566620 et 566621 et 566622 et 566623 et 566624 et 566625 et 566626 et 566627 et 566628 et 566629 et 566630 et 566631 et 566632 et 566633 et 566634 et 566635 et 566636 et 566637 et 566638 et 566639 et 566640 et 566641 et 566642 et 566643 et 566644 et 566645 et 566646 et 566647 et 566648 et 566649 et 566650 et 566651 et 566652 et 566653 et 566654 et 566655 et 566656 et 566657 et 566658 et 566659 et 566660 et 566661 et 566662 et 566663 et 566664 et 566665 et 566666 et 566667 et 566668 et 566669 et 5666610 et 5666611 et 5666612 et 5666613 et 5666614 et 5666615 et 5666616 et 5666617 et 5666618 et 5666619 et 5666620 et 5666621 et 5666622 et 5666623 et 5666624 et 5666625 et 5666626 et 5666627 et 5666628 et 5666629 et

## ORONTII TASCALI DELPH.

Altitudinem  
antemeridi-  
dianam à po-  
meridianam  
distinguere.

sinistro quadratis latere a b, ad fili seu perpendiculari contactum interceptos: nam tāta erit Solis super Horizontem altitudo. ¶ Quod si libuerit agnoscere, an inuenta Solis altitudo (hora supple incognita) sit ante, vel pomeridiana: examinato sēpiusculē præfatam Solis altitudinem, vti nunc expressimus. quæ si continuo crescat: cōcludito nondum esse meridiem, & sumptam eleuationem Solis antemeridianam. Si autem minorari comperiatur: scito meridiem fore lapsum, & ipsam altitudinem solarem pomeridianam adpellandam. Cūm porrò ad maximam deueneris eleuationem (quod fit dum ipsa Solis eleuatio paulatim obseruata incipit minorari) cām esse meridianam velim non ignores. Est enim meridiana omnium, quæ illo die contingere possunt, altitudinem maxima.

### COROLLA RIVM.

¶ Hinc fit manifestū, Solem in quibuslibet temporum interuallis æqualiter à meridie distantibus, æqualem obtinere super Horizontem altitudinis quantitatem. vt pote hora septima ante, & quinta post meridiem, octaua & quarta, nona & tertia, & consequenter ita de cæteris, quæ simul iunctæ duodenarium videntur integrare numerum. vti subscripta monstrat tabellula.

Horæ diei artificialis, quibus Sol eandem consequitur altitudinem.

Horæ antemeridiem.

Horæ post meridiem.

11 10 9 8 7 6 5 4

12 1 2 3 4 5 6 7 8

### ¶ Propositio quinta.

**S**Tellarum noctu apparentium, altitudinem super Horizontem respondenter inuenire.

Canon.

¶ Objice dextrum quadrantis pinnacidium alteri quē volueris oculo: sinistrum autem dirige versus eam stellam, cuius eleuationem habere desideras. Demissio postmodum liberè perpendiculo, deprime aut leua successiue quadrantem: quatenus visuali radio, ab altero duntaxat oculo per grossiora pinnacidiorum egrediente foramina, propositam notaueris stellam. Quia sedula animaduersione perspecta: numera partes Limbi, à sinistro quadrantis latere a b, ad fili siue perpendiculari contactum interceptas, nam tāta erit stellæ propositæ sublimitas. ¶ Quam quidem stellæ sublimitatem, an ante, vel post ipsius stellæ conuentum in meridianum acciderit circumlum, non aliter deprehendes, quam de solari nuper expressimus altitudine: eiusdem stellæ sēpiuscule iterata sublimitatis obseruatione. Memineris tamen, stellas omnes, quæ sub dato nusquam deprimuntur Horizonte, geminam quolibet die naturali sub ipso Meridiano consequi sublimitatem: alteram quidem maximam, alteram verò minimam omnium, quæ eisdem stellis contingūt, altitudinem. Quemadmodum octaua latius discutiemus propositione.

### ¶ Propositio sexta.

Nota de stel-  
lis nusq̄ occi-  
dentibus.

Declinatio-  
nē quid.

Canon pro  
Sole.

De stellis ac  
punctis datis.

**S**Olis, ac stellarum omnium in quadrāte descriptarum, necnon cuiuslibet gradus Eclipticæ, declinationem ab Aequatore supputare. ¶ Declinationē syderis, aut dati puncti vocitamus, arcum circuli magni, per Mundī polos, & datum punctum vel syderis locum incidentis, inter Aequatorem, & ipsius syderis locum, vel punctum interceptū. Quæ quidem declinatio aut septentrionalis, aut meridiana dicitur: prout datum punctum vel astrum in alterutra fuerit Orbis medietate. ¶ Cognito vero Solis loco, per tertiam propositionē, obsignato ipsius loci partem, in propria Zodiaci vel Eclipticæ medietate. In quam veri loci partem, currentem (extenso filo) moueto indicem. Demum traducito filum, invariato semper indice, super latus a c, seu lineam quadrantis meridianā. Nam quantum erit partium ab indice ad Aequatorem interceptus numerus: tantam fore pronuntiato quæsitam ipsius Solis declinationem. Quam septentrionalem, aut meridianā adpellabis: pro dato loco Solis in borea, vel austrina Zodiaci medietate reperio. ¶ De stellis in quadrante descriptis, ac singulis Eclipticæ punctis, idem respondenter facito: constituto sigillatim indice super centrum oblati cuiuscunq; sy-

deris aut datam Eclipticæ partem, & in ipsam demum traducto lineam meridianā.  
**COROLLARIUM.** Hinc facile probabis, quælibet Eclipticæ puncta ab alterutris solstitiorum vel æquinoctiorum punctis æquè distantia, æquales obtinere declinationes. Præter igitur æquinoctiorum puncta declinationis expertia, & duo solsticia maximam fortita ab Aequatore declinationem, quatuor semper offendes puncta, æqualiter ab eodem Aequatore declinantia.

Quæ pñcta  
æquales ha-  
bent decli-  
nationes.

**Propositio septima.**

**M**eridianam Solis eleuationem, absque radiorum obseruatione concludere.

Hic supponimus te nō ignorare, quanta sit Aequatoris circuli super datum Horizontem sublimitas, hoc est, latitudinis ipsius oblatæ regionis, seu polaris eleuationis complementum. Hæc autem sublimitas Aequatoris, præfatumve complementum, in ipsa linea meridiana a c, inter eundem Aequatorem, & tuæ regionis continetur Horizontem. Accepta igitur Solis declinatione, per antecedentem sextam propositionem: adde eam ipsi eleuationi Aequatoris, seu partibus linea meridianæ inter ipsum Aequatorē & tuæ regionis Horizontem comprehēsis, si declinatio fuerit septentrionalis. vel declinationem ipsam, ab eodem partium subducito numero, si ea fuerit austrina. Ex hac siquidem subtractione, vel additione, profiliat meridiana, hoc est, in meridiano circulo, vel ad diei oblati meridiem contingens super Horizontem ipsius Solis altitudo. Quod si Sol declinatione caruerit, alterutru possidens æquinoctiorum: tunc ipsa sublimitas Aequatoris, seu datæ latitudinis complementū, pro meridianasuscipiatur eiusdē Solis altitudine. **COROLLARIUM.** Si meridianam igitur Solis altitudinem, à circuli quadrante subduxeris: distantia ipsius Solis à dati loci vertice relinquetur.

Aequatoris  
altitudo.

Distantia ☉  
à vertice.

**Propositio octaua.**

**M**aximam, hoc est, sub Meridiano contingentem stellarum altitudinem, aliter itidem numerare.

Per meridianam stellarum eleuationem semper intelligimus eam, quam stellæ consequuntur, dum ad Meridianum perducuntur circulum: siue id meridiana, seu quavis alia contigerit hora. Stellarum porrò, quædam oriuntur & occidunt, & unicus tantum habent eleuationem meridianam: quædam verò continuè circa polū eleutum reuolutæ, nusquam sub ipso deprimuntur Horizonte, & geminam obtinet sub Meridiano circulo sublimitatem, alteram quidem maximam, alteram verò minimam. Cùm enim stella inter loci verticem, & polum constituit eleutum, maxime super Horizontem extollitur: cùm autem fuerit inter ipsum polum & Horizontem constituta, tunc omnium minimam possidebit altitudinem. Si proposita igitur stella oriatur & occidat: accepta ipsius stellæ declinatione, per sextam propositionem: facito ut nuper de Sole tradidimus, addendo, vel subducendo eandē syderis declinationē, ab Aequatoris eleuatione, seu partibus ab eodem Aequatore ad Horizontē oblatæ regionis interceptis. Cōsurget enim, aut relinquetur maxima ipsius stellæ propositæ, septentrionalis quidem, vel austrina (pro denominatione declinationis) altitudo. At si stella fuerit de numero earum, quæ nunquam occultantur sub Horizonte: ita facito. Adde complementum declinationis, ipsi eleuationi polari, vtpote, gradus linea meridianæ, qui sunt ab indice (dum ipsius syderis accipis declinationem) usque ad polum, à gradibus ab ipso polo ad datum Horizontem interceptis. Cōsurget enim maxima dati syderis altitudo. Quod si idem complementum declinationis à polari subduxeris altitudinem: minimam propositi syderis obtinebis eleuationem. Quam etiā tibi designabit pars linea meridianæ, à termino declinationis eiusdem syderis ad datum Horizontem comprehensa.

Meridiana  
stellarum ele-  
vatio.

Pro stellis  
oriētibus &  
occidētibus.

De stellis  
semper ap-  
parentibus.

b.j.

patit. quippe tam sic incipere debemus. sed si stella fuerit de ijs que  
migis occultantur. Et maxias habueris illis altis. Ab ea polarem altitudinem.  
subtrahat et ipsius propositae stellae complementum declinationis relinquatur.  
qd si de toto quadrante ORONTII FINEI DELPH. circuli subtraxeris  
propositae stellae declinationem. si eis minimam habueris **Propositio nona.**

**E**x meridiana Solis, aut stellae sublimitate, & data regionis latitudi  
ne, seu polari exaltatione: ipsius Solis, aut stellae propositae decli  
nationem, versa vice perscrutari.

**O**bseruato igitur meridianā Solis altitudinē per quartā, vel datis syderis per quin  
tam propositionem. Et si altitudo meridiana fuerit maior cōplemento latitudinis,  
seu polaris eleuationis: demito ipsum complementū ab eadē altitudine meridiana.  
Contrariū autem facito: vbi datū complementū ipsam meridianā superauerit alti  
tudinē. Consurget enim, vel relinquetur ipsius Solis, aut stellae declinatio. Septētrio  
nalis quidē, si altitudo meridiana maior fuerit complemēto latitudinis: vel austrina,  
si idem complementū p̄famat altitudinē meridianā superauerit. **V**erū si stella  
fuerit de ijs, quæ nusquā occidunt, & minimam illius habueris altitudinē: auferē  
da est ipsa eleuatio minima, à p̄fata sublimitate polari. Relinquetur enim ipsius  
declinationis complementū, à circuli quadrante subducendum. Huiuscemodi por  
rò stellarum declinatio semper est borealis, vbi polus arcticus extollitur: aut me  
sia pte. s. septēridiana, si antarcticus polus super datum eleuetur Horizontem.

**P**ropositio decima

**D**ata Solis, aut stellae declinatione, locum ipsius Solis in Zodiaco, 10  
vel ipsam stellam in quadrante descriptam elicere.

**C**oextendito filum in rectum Meridiani a c. Deinde moueto currentem indicem  
super gradum cognitæ solaris declinationis terminatiuum. Tandem perducito filū  
(immoto semper indice) per faciē quadrantis, in latus a b. Et cōsidera in quem Ecli  
pticæ gradum index ipse deuenerit. Quoniā huiuscemodi gradus quæsitū Solis lo  
cum indicabit. Sed hic in vniuersum prænoscere debes, sub quo Zodiaci quadran  
tentuz. Et pote, ab alterutro æquinoctiorum in proximū solsticiū, vel è contrario supputando, Sol  
te videbis An ipse versetur: vt discernere valeas, cuius signi fuerit idem gradus solaris. Secus enim  
non harum tantūmodò rerum, sed omniū rationalium actio nū incapacem te fatea  
ris oportet. **I**dem responderter facito, de proposita declinatione syderis. Nam in  
finem declinationis ita constitutus, & tandem circunductus index, in eam incident  
stellam, cui talis debetur declinatio. Verū vbi stellæ declinatio fuerit meridiona  
lis, & maximam exuperauerit Solis obliquitatem, frustra laborares: quoniam huius  
cēmodi stella, non recipit intra quadrantem.

**P**ropositio undecima.

**Q**uæ stellæ orientantur & occidunt, quæ ve nunq̄ occultētur, definire. 11

**D**e stellis hic velim intelligas, quæ sunt in ipso quadrante descriptæ. Pone  
igitur filum super lineam meridianā a c. Moueto deinde currentem indicem super  
gradum datae latitudinis, seu polaris eleuationis terminatiuum. Traducito demum  
ipsum indicem cum filo versus lœvam, ad rectum Horizontē a b: & animaduertito  
lineam orbicularem, ab eodem indice circa polum a abstractiuè descriptum. Nam  
stellæ quæ intra hunc capientur orbem: super datum semper manebunt Horizontē,  
habebuntq̄ duplē, hoc est, maximam atq̄ minimam altitudinem meridianam.  
Reliquæ verò stellæ, quæ sub eodem orbe versus Limbum inuenientur: orientur, &  
occident, & maximam tantū eleuationem meridianam habebunt.

**P**ropositio duodecima.

**C**ognita Solis declinatione, ac meridiana eiusdem altitudine: poli  
sublimitatem, seu regionis latitudinem inde colligere.

**L**atitudo regionis, est arcus Meridiani circuli, à dati loci vertice, ad Aequatorem

tibi elevatio & quinoctialis in tali ipso s' uariet. quam a circuli quadrante  
subtraxisti ut eis residui poli sublimitates tibi ostenderes. Sed si talis  
declinatio solis vel stellae meridiana fuerit: et tuus locus septentronalis exte-  
turus. tunc predicta dedio Altitudini p' altuz instrumentuz accepte Addenda  
erit ut elevatio. QVADRANS ASTROLA. e qui nocti 8 alijs sup' hori-  
zontez p' fili-  
at' qua. A cu-  
culi quadrante  
s. a. 90. gta  
dibz dempta.  
poli sublimi-  
tas cui loci  
relinquat /  
5 in pp'ne. 10  
t'ides respon-  
derem facio  
de xposita dedi-  
natione siderum  
nota q' Amis-  
duertoze dab-  
es q' qn' ipam  
Per stellas op'ez  
focesi  
dexatu  
Per stellas nez al  
semper ap' ciusg. foz  
parentes. Uer po  
site in celo q'  
eig dedi non  
sciusti p' ce-  
dentes pp'nes  
et scire volu-  
exis si stell  
calis  
Hora ortus af  
Solis. Aliqua  
de illis que  
in tuo quad-  
ante situata  
sunt. tua in  
terest zodi-  
a p'ez scira  
q' ruc. s. tuo  
consideratu  
Hora occasio mis  
sup' tuu m  
horizontes  
existebat. p  
quiam scies  
Notandum: ten  
illig que tue  
celi modiu  
cangobat:  
q' p' antea  
dentes pp'ez  
seus declinat  
onez sciusti. E

interceptus. Cui semper æquatur altitudo poli super Horizontem, in eodem Meridia-  
no coassumpta. Complementum verò latitudinis, est ipsius Aequatoris sublimitas:  
cui & polaris latitudinis complementū itidē coæquatur. ¶ Inuenta igitur Solis decli-  
natione per sextam aut nonam propositionē, & meridiana eiusdē Solis altitudine  
per quartam aut septimam subducito declinationem ab eadem altitudine meridia-  
na, si declinatio borealis extiterit, vel vtrāq; simul coaceruato, si p'fata declina-  
tio fuerit austrina. Relinquetur enim ex hac subtractione: aut consurget ex additio-  
ne, quæsitæ latitudinis, seu polaris eleuationis complementū. Quod si à 90 subdue-  
ris gradibus: relinquetur tandem ipsa latitudo, seu polaris desiderata sublimitas.  
¶ Quod si inuentā altitudinem poli in linea supputaueris meridiana, à centro qua-  
drantis a, versus Aequatorem d: proprium aut saltē vicinū offendes Horizontem,  
tuæ regioni (cuius accepta est polaris eleuatio) deputandum.

¶ Propositio decimatertia.

13 I Dem quod proxima docuit propositio, per stellas fixas tam orientes &  
occidentes, q' perpetuò super Horizonte circunductas, inuestigare.

¶ Cognita enim stellæ cuiuspiā orientis & occidētis declinatione, per eandē sextam  
aut nonā propositionē, necnō meridiana eiusdē altitudine, per octauā: non aliter fa-  
cito, q' de solari nūc expressimus declinatione, huiuscmodi nanq; sydera eandē re-  
quirunt operādi rationē. ¶ Quod si iuuet idem per stellas semper apparētes inqui-  
rere: facito in hunc modū. Obseruato maximā atq; minimā electæ cuiuspiā ac nūsq;  
occidentis stellæ sublimitatē, per quintam vel octauam propositionē: & easdem ele-  
uationes simul componito. Resultatis inde numeri accipito dimidium: nam ipsum  
ostendet quæsitam poli sublimitatem. Aut subducito minorem harum altitudi-  
num, ab ipsa maiori: & differentiæ accipito medietatem, quam rursum minori adiū-  
gito stellæ sublimitati: & idem obtinebis.

¶ Propositio decimaquarta.

14 Q Va hora Sol oriatur & occidat, consequenter inuenire.

¶ Imponito filū, & currentem eius indicē, super gradum veri loci Solis per  
tertiā propositionē inuentū, in propria, hoc est boreali, vel austrina Eclipticæ medi-  
tate. Deinde traducito indicē cum filo ad respondentē tui climatis Horizontem, in  
boreā quidē, vel australē (pro dato loco Solis) eiusdem Horizontis partem. Nam  
filum ipsum tibi manifestabit in Limbo, horam ortus ipsius Solis: per proximū qui-  
dem horarum numerum, à dextro quadrantis latere versus lœuam distributū, si Sol  
borealem possideat Eclipticæ & Horizontis medietatem: aut per vicinorem earū  
dem horarum numerum, à lœua in dextrum quadratis latus ordinatū, si partē Ecli-  
pticæ ac Horizontis meridianā Sol ipse peragruerit. Vbi tamen filū in præcisam  
non inciderit horæ distinctionē: animaduertito gradus Limbi, à proximo & integro  
horarū cōpletarum numero ad filū interceptos: & cuilibet eoru quatuor horæ ad-  
scribito minuta. hæc enim ipsius horæ incompletæ partē indicabūt. ¶ Hora porrō  
occasus, tantū semper distat à meridie: quantū ortua meridiē ipsum antecedit. Tol-  
le igitur horā ortus à 12 horis: & habebis horā occasus, à meridie supputandā. Hac  
etia tibi monstrabunt horarū numeri, cōtraria ratione coassumpti. Qui enim à lœua  
in dextrā procedūt, indicat horā occasus, cū locus Solis borealis extiterit: sed à de-  
xtra in lœua distributi, cū ipsius Solis locus in australi fuerit Eclipticæ parte. Hinc  
patet, q' facile sit vtrāq; ortus & occasus horam simul colligere. ¶ Cum deniq; Sol al-  
terutrum occupauerit æquinoctiorū, initiū videlicet Arietis aut Libræ: nemini du-  
biū est, ipsum Solem hora sexta vbiq; terrarū oriri, & sexta in occasum tendere.

¶ Propositio decimaquinta.

15 A Rcum diurnum & nocturnum Solis, hoc est, diei atq; noctis ar-  
tificialis quantitatem dimetiri.

istud p' pp'nes s. 31. 4. 32. am

b.ij.

seus declinat

ridiamq; peruanxit s. 2. 9. m̄ et gradus quz quo ipsa ad tuu m̄ ma-  
scies. q' cuz hoc gradu qui vñ ad celi mediū p' p'ficiōmibz p' sitas  
p'cisa declinatione quz sup' in antecedenti. c. muenisti. Et cuz  
h'loz q' re considerate cognitione venies. vtrū de illis que m̄  
euo quadrantes sunt situata sit. Aut no. Et istud te facere Jubi  
in exerci' dedi' capara vnis Rollo. At in solo

cas & suas dedicationes uero dñis q̄b⁹ ad celi median⁹ p̄exuariebant  
orontis fineus t̄pā radicis quadrantis in quo fuit fabre saltum  
situauit /

## ORONTII FINEI DELPH.

Arcus o di-  
urnus & no-  
cturnus.

Eundē arcū  
aliter obti-  
nere.

Horæ inæ-  
qualis diffi-  
nitio.

Vt horæ in-  
cōplete pars  
dignoscēda.

Expeditor  
prædictæ q̄n  
titatis adin-  
uetio.

¶ Diurnū Solis arcū, diémve nūcupamus artificialem, quē Sol ad motum Vniuersi, super ipsum describit Horizontē. Nocturnū verò, reliquū sub Horizonte lineatum. quorū vtriusq; quantitatē metitur arcus Aequatoris respōdenter eleuatus, vel sub eodem Horizonte depresso. ¶ Examinato igitur, per antecedentē decimā quartā propositionē quota hora Sol oriatur. Nam ipse horarū numerus, arcū exprimit se minocturnū. Hunc igitur si à duodecim subduxeris horis, arcus semidiurnus relinquetur. Quod si tam diurnū q̄ nocturnū duplaueris arcū, ipsius tandem Solis diurnū atq; nocturnū, hoc est, diei & noctis artificialis arcū integrabis. ¶ Vtrūq; porrò & diurnū & nocturnū arcum, in partes Aequatoris (quoties fuerit operæ pretiū) facile conuertes: dando cuilibet horæ integræ, gradus quindecim: & quibuslibet quatuor minutis horarijs, vnu gradum. ¶ Aut si velis, gradus ab Horizonte recto a b, ad contactum (dū horam ortus Solis, per eandem proximā inquirebas propositionem) interceptos, adde nonaginta gradibns, arcū semidiurnū atq; seminocturnū æquinoctialem cōmensuratibus, si Sol boream perambulet Eclipticæ partē: vel ab eisdē 90 gradibus subducito, Sole austrinā Eclipticæ partē discurrente. Prosiliet enim arcus Solis semidiurnus. quē si duplaueris, & cōsurgēte inde numerū à toto dēpseris circulo: vtrūq; & diurnū & nocturnū Solis arcū, in partibus Aequatoris respōdēter obtinebis.

### ¶ Propositio decimasexta.

**H**Orā inæqualē diurnā, lucēte Sole per ipsum quadratē obseruare. 16

¶ Inæqualem vocitamus horam, duodecimam partē cuiuscunq; diei vel noctis artificialis. Quae propterea dicitur inæqualis: quoniā diurna nocturnæ eiusdem naturalis diei cōparata, nusq; offendit æqualis. (vtpote, quæ dierū & noctiū artificialiū imitentur diuersitatem) exceptis forsitan binis vniuersaliū æquinoctiorum temporibus. ¶ Accipe igitur meridianam Solis altitudinē, per quartā aut septimam propositionē, quam supputa in Limbo quadratis, à sinistra parte b, versus dextrā c. Per finē deinde supputationis extendito filū: & moueto indicem, quo usq; in linea horæ sextæ venerit inæqualis. Obijce postmodū lœuum quadratis pinnacidiū Soli radianti: & leua paulatim aut deprime quadrante, pendulo semper indice, donec radius solaris per vtraq; subtiliora cōgrediatur foramina. Nam index ipse inter lineas horarias quæsitā horam inæqualē cōmonstrabit: integrā quidem, si in aliquā linearū inciderit: vel incōpletam, si intra duarū linearum ceciderit interuallū. ¶ Cūm porrò inuēta hora inæqualis fuerit incōpleta, velis autē scire quota pars ipsius horæ trāsfiguerit: ita facito. Indice ita manēte fixo, notato fili contactū in Limbo. Deinde traduco ipsum indicē cū filo ad initiū, dein ad finē ipsius horæ incompletæ: & vtrūq; fili contactū rursum animaduertito. Quā enim rationē habebit totus arcus Limbi, toti respōdens horæ interuallo, ad ipsam horā: eā seruabit & particularis arcus à primo fili cōtactu ad mediū interceptus, ad elapsam partem eiusdem horæ incōpletæ. At qui tres primi numeri noti sūt: quartus igitur, p̄ vulgatā quatuor proportionaliū regulā innotescet. Duc itaq; minorē seu particularē arcū, in sexaginta minuta horæ inæqualiis, & producēt diuide per maiore seu totalem arcū: & habebis minuta ipsius horæ incōpletæ.

### ¶ Propositio decimaseptima.

**H**Oræ inæqualis tam diei, q̄ noctis artificialis, reperire quantitatē. 17

¶ Accipe arcum diurnū: & nocturnū, in partibus Aequatoris, per decimam, quintā propositionē: & vtrūq; diuide per duodecim. Nā proueniēs ex hac diuisiōc numerus, partes Aequatoris diurnæ atq; nocturnæ horæ inæquali seu temporali respōdentes indicabit. ¶ Idem etiā obtinebis: si arcū semidiurnū, atq; seminocturnū per senariū diuiseris numerū. ¶ Poteris & ex diurnæ horæ inæqualis magnitudine, nocturnā elicere: aut ē diuerso. Nā si præfatā horæ diurnæ q̄titatē, à triginta subduxis gradibus: nocturnæ relinquetur magnitudo. Et versa vice, nocturna à 30 gradibus sublata: relinquet arcū horæ diurnæ. Quoniā diurna atq; nocturna simul iūctæ, binis

æqualibus horis omni die coæquantur.tantum enim augetur diurna & inæqualis hora, supra gradus quindecim vnius æqualis horæ, q̄tū nocturna minuitur:& è diuerso.

¶ Propositio decima octaua.

- 18 **H**oras inæquales ad æquales conuertere: hoc est , ex hora inæquali,  
Had æqualis horæ cognitionem deuenire.

¶ Observata inæquali hora, per decimam sextam propositionem: supputa eiusdē horæ magnitudinem, per immediatam decimam septimā propositionē. Deinde multiplica inuentum horarum integrarum numerum, per vnius horæ inæqualis quantitatem:& productō adde gradus (si adfuerint) partis horæ incompletæ. habebis enim arcū Aequatoris, præfatis inæqualibus horis ab ortu Solis respōdentem. Hunc itaq; diuidas per quindecim, vnius videlicet æqualis horæ magnitudinem:& eundem arcum reduces ad æqualium horarum numerum. Verū si facta huiuscmodi diuisione, remanserint gradus aliquot pauciores numero 15: dabis cuilibet eorundem graduum quatuor horæ incompletæ minuta. ¶ Quod si datis inæqualibus horis cohærent minuta, & ignoraueris arcum Aequatoris eisdem minutis adscribendum: facito sexaginta minuta vnius horæ inæqualis primum numerum, & arcum vni horæ inæquali debitum in secundum ordinē collocato, ipsa porrò minuta numerū tertiu efficio. Ducito postea tertium in secundum, & productum diuidito per primū: nam per quatuor proportionalium normam, quartus inde profiliat numerus, arcus scilicet desideratus.

## C O R O L L A R I V M.

Nota vbi cū  
horis adsunt  
minuta.

Vt æquales  
horæ, ad inæ  
quales versa  
vice reducā  
tur.

¶ Hinc patet q̄ facile sit, æquales horas, ad inæquales versa vice cōuertere. Nam si datum æqualiū horarum numerum in suos reduxeris gradus, & consurgentem inde graduum numerum, per vnius horæ inæqualis quantitatē diuiseris: inæquales horas ex ipsis æqualibus resultantes obtinebis. Memineris tamen residuos ex hac aut simili diuisione gradus, in minuta (per sexagenariam multiplicationem) fore resoluendos: ac per eundem (qui prius) fore rursum diuidendos numerum. profilient enim horæ incompletæ minuta.

¶ Propositio decimanona.

- 19 **H**oras æquales diurnas ab ortu Solis numeratas: à meridie, aut media nocte, gallico more supputare.

¶ Si horæ datae nōdum attigerint meridianā, fuerintve minores arcu semidiurno: adde illas horas arcui seminocturno per decimāquintā propositionem inuento. cōflabis enim horarū numerū à media nocte relatū. At si horæ datae semidiurnū exuperauerint arcum, vel ipsam meridianā præterierint horam: tolle ab eisdem horis arcum semidiurnū per ipsam decimāquintā inuentū propositionem . relinquuntur enim horæ ab ipso meridie supputanda. ¶ Quod si huiuscmodi vulgaribus horis, à media nocte supputatis, duodecim adieceris: vulgares in Astronomicas, à meridie præcedentis diei semper exordientes, & in vigintiquatuor sese regulariter extendentes, vel facilè conuertes. Non discrepant enim vulgares ab astronomicis horis, nisi à media nocte usq; ad succendentem meridiem.

Vulgares in  
astronomi  
cas trāsmu  
tare.

¶ Propositio vigesima.

- 20 **E**asdem horas à meridie, aut media nocte supputatas, in horas ab ortu, vel occasu Solis, & in vigintiquatuor (antiquo more) producetas, reducere.

¶ Huiuscmodi horarum distributione, vtuntur Itali, & plerique Germani. Ab horis igitur à media nocte supputatis, aufer arcum seminocturnum: adcommodatis vigintiquatuor horis, si aliás non possit absolui subtractio. Ipsis autē horis, quæ numerantur à meridie, adde 12, & à consurgentे horarum numero, tolle eundem arcum seminocturnū. vtrobique enim relinquuntur horæ ab ortu Solis numerandas.

Vt horæ ipse  
ad ortū pri  
reuocentur.

b.ij.



## ORONTII FINEI DELPH.

Easdē ho.ad  
occasum re-  
ferre.

¶ Easdē porrō horas, ad occasum ita conuertes. Subducito arcum semidiurnum, ab horis exordium à meridie sumētibus: mutuatis pariter vigintiquatuor horis, vbi subtractionem non poteris aliter absoluere. Horis porrō à media nocte relatis, adderūs 11: & ab inde producto horarum numero, detrahito p̄fatum arcum semi-diurnum. Nam vtroq; modo, relinquuntur horæ ab occasu Solis supputandæ. Ex decimaquinta verò propositione (si obliuioni p̄cedentia forsitan dederis) tam semi-diurnum, q̄ seminocturnum Solis arcum deprehendes.

### ¶ Propositio vigesimaprima.

**M**Aximarum dierum, atque noctium artificialium, pro varia loco= 21  
rū latitudine, seu poli borealis exaltatione, colligere diuersitatē.

¶ Ex decimaquinta propositione, inuenire licebit arcū diei vel noctis artificialis, ad datum quēuis Horizontem in quadrante descriptum: Sole initium Cancri (sub quo dies nobis cōtingit maxima) possidente. Hinc vel facile deprehendetur, oblatis qui- buscunq; regionibus cognitam habentibus latitudinē, per propriū aut vicinioris climatis Horizontē, maximarum tam dierum q̄ noctiū artificialium inter se ē diuer- sitas. Crescunt siquidem ipsi dies maximi ab Aequatore vsq; ad eam polarem alti- tudinem, quæ maximæ declinationis solaris adæquatur complemento: vbi dies ma- ximus accedit horarum vigintiquatuor, absque noctis obscuritate. ¶ Ab ipsa porrō eleuatione polari (quæ nunc est graduum 66, & 30 circiter minutorū) lux solaris su- pra diei naturalis quantitatē, pro contingente arcu Zodiaci nusq; occidente, con- tinuatur. Quē quidem arcum, in hūc poteris discernere modum. Extendito filum in rectum lineā meridianā a c. Deinde moueto indicem ad finē seu terminū oblatæ polaris altitudinis, à polo a, versus Aequatorem d ē supputatæ. Tandem ipsum filum cum indice traducito in lēuū instrumenti latus: quatenus index incidat in boream Eclipticæ partem. Portio enim ipsius Eclipticæ, quæ ab indice ad Canceris intercipi- tur verticem, geminata: arcum eiusdem indicat Eclipticæ nusq; sub Horizonte de- pressum, quem dum Sol perambulat, dies continuè absque nocte lucescit. Sed de his latius nostræ Cosmographiæ seu sphæræ Mundi libro quarto.

### ¶ Propositio vigesimasecunda.

**S**Tellarum orientium & occidentium, diurnum atque nocturnum 22  
arcum sciscitari.

¶ Diurnū atq; nocturnum syderis arcum, eo modo diffinies: quo solarē quindecima descripsimus propositione. hoc solum excepto, q̄ hic neq; diem neq; noctem respi- cimus artificialem. Collocato igitur indicem, super datam quam volueris stellam in quadrante locatam. Ducito postmodū indicem cum filo ad tui climatis Horizo- tem, borealem inq; vel austrinam ipsius Horizontis partem, pro dato stellæ situ. De- dum animaduertito gradus Limbi, à fili contactu, ad rectū Horizontē interceptos. quos adiçito 90 gradibus, si stella fuerit septentrionalis: vel ab eisdem gradibus sub- ducito, si partem occupauerit meridianam. Nam inde consurgens, aut relicitus nu- merus: arcum stellæ semidiurnū indicabit. Quem si duplaueris: diurnum ipsius sy- deris integrabis arcum. Hūc porrō si à toto dempseris circulo: nocturnus eiusdem syderis arcus relinquetur.

### ¶ Propositio vigesimatertia.

**S**Tellæ, vel dati cuiuslibet Eclipticæ puncti ascensionem in recto 23  
Sphæræ situ numerare.

¶ Per dati puncti vel syderis ascensionem intelligimus arcum Aequatoris, ab Arie- tis initio, secundum ordinem signorum, vsque ad Horizontē exortiuū, cū oriēte sy- dere terminatū. Nec aliter eiusdē pūcti vel astri descēsionē cōprehendes: facta solū modo ad Horizontē occiduū relatione. Idq; tā in recto, q̄ obliquo sphæræ situ, velim

Vbi dies ma-  
xi. nō attin-  
git 24 horas

Vbi dies ma-  
xi. excedit  
24 horas.

Quiddiurn⁹  
vel nocturn⁹  
syderis arc⁹.

Quid ascen-  
sio vel descē-  
sio syderis.

intelligas. ¶ Extēdito itaq; filū super stellam propositā, vel datū Eclipticæ gradum, in Limbum ipsius quadrantis. Partes enim ipsius Limbi, ab Arietis initio, ad fili cōtactum interceptæ: desideratam ostendent ascensionem, quam rectam, hoc est, in recto sphæræ situ numeratam adpellamus. ¶ Animaduertendus est igitur ordo graduum ipsius Limbi, propter quatuor tam Aequatoris quam Eclipticæ quadrantes, quadruplici numerorum ordine distributus. Primus nanque à lœua in dextram, ad 90° comprehensus ordo numerorum: Arieti, Tauro, Geminis, primo videlicet Eclipticæ quadranti respondet. Secundus à dextra lœuorsum, ad 180°: Cancro, Leoni, & Virgini. Tertius verò, à lœua rursus, versus dextram, ad 270° numerum: Libræ, Scorpio, & Sagittario. Ultimus denique numerorum ordo, à dextra in lœuam, ad completos 360° gradus: Capricorno, Aquario, & Piscibus deputatur. ¶ Hinc facile est, eosdem Aequatoris, seu Limbi numeros, descriptis in quadrante syderibus adcommodeare: pro nominum earundem stellarum cum signorum Zodiaci nominibus, tum ordine, tum similitudine characterum, obseruata respondentia.

Vt Limbi  
partes veni-  
ant adcom-  
modandæ.

¶ Propositio vigesimaquarta.

**24** **E** Andem puncti Eclipticæ dati, vel Syderis ascensionem, in obliqua sphera responderter inquirere.

¶ Accipe rectam ascensionem oblatæ cuiusvis stellæ in quadrante notatæ, vel dati cuiuscunque gradus Eclipticæ, per antecedētem vigesimamtertiam propositionem. Extēdito postea filum & currentem indicem, super stellam ipsam, aut gradum Eclipticæ propositum. Deinde circūducito filum cum indice per faciem ipsius quadratis: quatenus index ad propriū & oblati climatis deueniat Horizontem, in boream inquam, vel austrinam eiusdem Horizontis partem. Quot enim capientur gradus Limbi à fili contactu, ad rectum Horizontem: tantam fore pronuntiato ascensionalem differentiam inter rectam, & datæ obliquitatis sphærām. Hæc autem semper est eadem cum differētia arcus semidiurni dati puncti vel syderis, & æquinoctialis, qui semper est nonaginta graduum. Hanc igitur ascensionalem differentiam aufer ab ascensione recta proposita: si data stella vel gradus fuerit in borea Eclipticæ parte, vel adde ipsam differentiam: si australē partem occupauerit. Colligetur enim, aut relinquetur ascensio stellæ datæ, vel propositi gradus Eclipticæ, ad sumptā obliquitatē sphæræ supputata: modo polus arcticus super ipsum extollatur Horizonte.

Ascensionalis  
differentia.

¶ Propositio vigesimaquinta.

**25** **D** Escensionem stellæ, vel datæ partis Eclipticæ, in utroque sphæræ situ, dimetiri.

¶ In recta sphera, quanta est ascensio syderis, vel dati cuiuslibet Eclipticæ puncti: tantam fore scito eiusdem puncti vel astri descensionem. ¶ In obliquo autem sphæræ situ: descensionem oblati syderis ita deprehendes. Inuenta siquidem ascensione recta, & ascensionali ipsius syderis differentia, per antecedentes vigesimamtertiā, & vigesimamquartam propositiones: contrariam operandi seruato rationem, ab ascensionis obliquæ eiusdem syderis inuentione. hoc est, addito ipsam differentiam ascensionalem, rectæ syderis ascensioni: si stella in boream declinauerit, vel eandem subducito differentiam, ab ipsa ascensione recta: si declinationem habuerit austrinam. Consurget enim, aut relinquetur obliqua propositi syderis descensio. ¶ Cum porrò gradus cuiuspam Eclipticæ, obliquam itidem volueris habere descensionē: adiūgito ipsi arcui ab Arietis initio, ad datā Eclipticæ partē intercepto, dimidiū circulum, hoc est, gradus 180° (reiecto, si excreuerit, circulo) & resultantis inde arcus Eclipticæ, obliquam ascensionem per ipsam vigesimamquartam propositionem investigato. Nam si ab huiusmodi ascensione, præfatum rursum demperis semicirculum: ipsius dati puncti, vel arcus Eclipticæ obliqua descensio relinquetur.

De syderis  
descensione.

De partium  
Eclipticæ  
descensione.

b.iiij.

## ORONTII FINEI DELPH.

### ¶ Propositio vigesimasexta.

**C**uiuslibet signi, vel arcus Eclipticæ dati, ascensionem, atque descentiem, tam in recta, quam obliqua sphæra, seorsum discernere.

¶ Hactenus de arcibus ab Arietis initio, ad datum quoduis Eclipticæ punctum interceptis: nunc iuuat signorum, vel quorumuis arcuū, aliunde quam ab eodem Arietis capite inchoatorum, ascensiones, atque descensiones seorsum examinare. Itaque signi, vel dati cuiusvis arcus Eclipticæ, seorsum considerati, rectam, vel obliquam ascensionem vocant Astronomi: arcum Aequatoris circuli, cum signo, vel arcu dato, super rectum, vel obliquum Horizontem eleuatum. Descensionem vero, arcum itidē Aequatoris, qui cum eodem signo, vel arcu, respondēter sub eodem Horizonte de- primitur. ¶ Accipe igitur rectam, vel obliquam ascensionem duorum punctorum, signum ipsum, vel arcum datum includentium, hoc est, tam initij, quam finis ipsius arcus propositi: per alterutram, aut vigesimam tertiam, aut vigesimā quartam propositionem. Subducito postea minorem harum ascensionum, à maiori: nam ipsius dati signi, vel arcus seorsum considerati, recta, vel obliqua relinquetur ascensio.

Quid signi  
vel arcus da-  
ti vocetur  
ascensio, at-  
que descen-  
sio.

Pars secunda

Qualiter si-  
gnum recte  
vel oblique  
dicatur ascen-  
dere vel de-  
scendere.

In recta  
sphæra.

Notandum.

In obliquo  
sphæra situ.

¶ Descensionem porrō non minus leuiter numerabis. In recta siquidem sphæra, descensio signi, vel dati cuiuslibet arcus: à propria non discrepat ascensione. In obliqua autem sphæra, descensio cuiuslibet signi, vel arcus dati, eadem est cum ascensione sui oppositi, hoc est, è diametro signi vel ipsius arcus constituti. Aut, si velis, ex proxima vigesima quinta propositione, obliquam utriusque puncti signum vel arcū ipsum terminantis, numerato descensionem. Dein subducito minorem, à maiori: & obliqua propositi signi vel arcus descensio relinquetur. COROLLARIVM.

¶ Hinc facile probabis, quæ signa recte, quæ ve obliquè: quæ item rectius, vel obliquius coascendant, aut descendant, in utroque sphæræ situ. Præterea quæ similes & æquales nanciscantur ascensiones, vel descensiones. Signa enim cum quibus arcus Aequatoris signo minores eleuantur, obliquè dicuntur oriri: cum quibus autem arcus signo maiores coascendunt, recte. Idem iudices de recta, vel obliqua eorundem signorum descensione. Quanquam propriè rectas vocitemus ascensiones, quæ ad rectum sphæræ situm: obliquas vero, quæ ad obliquum supputantur.

### ¶ Propositio vigesimaseptima.

**A**rcum Eclipticæ, cui data quævis recta, vel obliqua debetur ascensio, siue descensio: versa vice perscrutari.

¶ Numerato rectam ascensionem, siue descensionem, in Limbo quadrantis, sumpto ab Horizonte recto, vel Arietis capite supputationis exordio: & per ipsius ascensionis, aut descensionis terminum, filum rectissimè coextendito. Nam idem filum, partem indicabit Eclipticæ propositæ vel ascensioni, vel descensioni respondentem. Sed hic animaduertas oportet, ipsius ascensionis aut descensionis quantitatem: quot videlicet circuli quadrantes comprehendat. Primus siquidem ascensionis aut descensionis quadrans, primo quadranti Eclipticæ, secundus secundo, tertius tertio, & ultimus ultimo venit admodandus. hinc signum, ac signi partem, fini vel ascensionis, vel descensionis propositæ respondentem, elicere vel facile poteris.

¶ In obliqua porrō sphæra, quantus arcus oblatæ debeatur ascensioni, tali (etsi paucò difficultiori) venaberis examine. Inuestigabis gradum Eclipticæ fini oblatæ respondentem ascensionis, ac si foret quædā ascensio recta: veluti nunc expressimus. Dein colliges obliquas vicinorum graduū ascensiones (reiterato, si expeditat, gradatim calculo) per doctrinam vigesimæ quartæ propositionis: quatenus duas officinas ascensiones, quarum una sit proximò vel utcunque maior, altera vero minor ascensione proposita: notenturque gradus ipsius Zodiaci, quibus inueniantur debentur ascensiones. Tolle postmodum minimam harum trium obliquarum ascensionum;

magis  
etiam  
superior  
tum

Pars secunda  
de arcu de-  
scensionis.

De arcubus  
aliunde, q ab  
Y supputa-  
tis.

à maxima : & differentiam primum efficio numerum. Eandem rursum minimam ascensionem, à media seu data ascensione subducito: atque differentiam in tertium ordinem collocato. Secundum porrò numerum, ponit differentiam arcuum Eclipticæ, eisdem extremis ascensionibus respondentium. Ducito tandem tertium in secundum: & productum per primum diuidito. Exibunt enim gradus & minuta, ei graduum adiicienda numero, cui minima debetur ascensio: vt inde quæsitus consurgat arcus. Sicut enim se habet inuentarū ascensionū differentia, ad suorū arcuū differentiam: sic datæ, & minoris ascensionis differentia, ad differentiam minoris, & ipsius arcus desiderati. ¶ At si obliquæ descensioni respondentem arcum libeat colligere: ipsi descensioni dimidium addito circulum, hoc est gradus 180. Et inde resultati numero respondentem arcum Eclipticæ, vti nunc admonuimus, supputato: à quo demum, præfatum demito semicirculum. hac enim via, relinquetur arcus ipsi descensioni propositæ deputandus. ¶ Verum hæc omnia veniunt intelligenda de arcibus ab Arietis initio supputatis. Si autem aliunde sumpserint exordium: inquirito binos arcus Eclipticæ, quorum unus principio, alter fini ascensionis aut descensionis datæ respondeat: & minorem à maiori subducito. Relictus enim, & præfatis punctis interceptus arcus, eritis qui desiderabatur.

**Propositio Vigesima Octaua.**

28 **A**rcum diurnum, aut nocturnum Solis, aliter, quam decimaquinata edocuit propositio, explorare.

¶ Quanquam huiusmodi propositio cum ipsa decimaquinta propositione re, vel effectu conueniat: iuuat nihilominus operandi rationem vtcunque variare, quo nostri quadrantis utilitatum dinoscatur amplitudo. Obliquā igitur veri loci Solis ascensionem, subducito ab obliqua itidem ascensione puncti Eclipticæ, eidem loco Solis diametraliter opposito (toto, si expediatur, mutuato circulo) relinquetur enim arcus diurnus optatus. Quem si à toto demperis circulo: residuum ostendet arcum nocturnum. Quod si vtrunq; per is diuiseris, & cuilibet relicto gradui quatuor adscriperis horarum minuta: habebis tandem ipsius arcus diurni vel nocturni mēsuram horariam, seu temporis expressam quantitatem.

**Propositio Vigesima Nonna.**

29 **G**radum Eclipticæ, cum quo stella peruenit ad medium Cæli, tam in recta, quam obliqua sphæra reperire.

¶ Extende filum rectissime super centrum cuiuscunque volueris stellæ in quadrantे notatæ. Ipsum namque filum, gradum cum quo data stella peruenit ad medium Cæli, hoc est, supraterraneum, seu verticalem Meridianū, in proprio Eclipticæ quadrante notabit. At quoniam vtraque medietas Eclipticæ, tribus signis eundo, totidemque redeundo deseruit: animaduertendus erit ordo; atque genus literarum non minus ipsius stellæ propositæ. Nam stellæ quarum nomina versus dextram porrigitur, ijs respondent signorum nominibus, quæ à lœua dextrosum ordinantur: & è diverso. Quarum insuper nomina minutioribus inscribuntur literis, boreali Eclipticæ parti respondent: quæ vero maiusculis, seu capitalibus (vt vocant) literis exprimuntur, australem sibi vendicant Eclipticæ partem. ¶ Quod si stella neque oritur neque occidat: idem gradus inuentus Cælum mediabit, cùm stella ad suam maximam peruererit altitudinem: & diametralis gradus, dum in minima fuerit altitudine constituta,

Nota signo-  
rum cū stel-  
lis responde-  
tiam.

De stellis se-  
per apparen-  
tibus.

**Propositio Trigesima.**

30 **G**radum Eclipticæ cum quo stella oritur, & occidit, in utroque sphæræ situ distinguere.

## ORONTII FINEI DELPH.

In sphæra  
recta.

In obliqua  
sphæra.

**C**In recta sphæra, accipiendus est gradus cum quo stella proposita venit ad medium Cæli, per antecedentem vigesimam nonam propositionem: nam idem gradus oritur, & occidit simul cum eadem stella. **C**In obliquo autem sphæræ situ, inuenias obliquam ascensionem datæ stellæ, per vigesimam quartam: atque descensionem eiusdem, per vigesimam quintam propositionem. Dein accipito arcus Eclipticæ utriusque respondentis: per vigesimam septimam. Nam finalis gradus illius arcus, qui obliquæ debetur ascensioni, oritur cum stella data: is autem qui terminat arcum obliquæ descensioni respondentem, cum eadem stella semper occidit.

### **C**Propositio trigesima prima.

**A**Scendentem Eclipticæ gradum, vel horoscopum, & reliquos Cæli cardines, quacunque hora data manifestare.

**C**Accepero vero loco Solis, per tertiam, & recta illius ascensione per vigesimam tertiam propositionem: resoluto distantiam horariam ipsius Solis à proximè lapsò meridie, in arcum Aequatoris, dando cuilibet horæ 15 gradus, & quibuslibet 4 minutis unum gradum, seu cuilibet horæ minuto 15 minuta gradus. Hunc porrò arcum, addito ipsi ascensioni rectæ loci Solis, reiesto, si supercreuerit, circulo: profiliat enim ascensio recta medijs Cæli. Cui si quadrantem adiunxeris circuli: obliqua ipsius horoscopi resultabit ascensio. Hinc per vigesimam tertiam propositionem: uterque & ascendens, & ad medium Cæli perueniens Eclipticæ gradus innotescet. Pars autem horoscopo diametaliter opposita, cardo vel angulus erit occidentis: & quæ è diametro medijs Cæli constituetur, angulus Terræ vocabitur. **C**Est & alia horoscopi, vel ascendentis inuentio in hunc absoluenda modum. Obliquæ loci Solis ascensioni adjicito distantiam horariam Solis ab ortu, in gradus Aequatoris resolutam: si hora data fuerit diurna, vel si nocturna extiterit hora: demito arcum Aequatoris distantiae Solis ab occasu respondentem, à nocturno ipsius Solis arcu, & residuum auferto ab eadem obliqua loci solaris ascensione. Consurget enim, aut relinquetur ascensio obliqua ipsius horoscopi. A qua si detraxeris 90 gradus (iuncto, si expediatur, circulo) rectam medijs Cæli obtinebis ascensionem. Vnde rursus ascendentem Eclipticæ gradum, ac ipsum medium Cæli, atque ex aduerso constitutos nancisci poteris angulos: veluti nunc præmonuimus. **C**Habetur autem distantia Solis ab ortu, si arcus seminocturnus à dato horarum numero à media nocte supputato detrahatur: vel ex additione arcus semidiurni, si datæ horæ initientur à meridie. Distantia porrò eiusdem Solis ab occasu relinquetur, si arcus semidiurnus subducatur ab horis à meridie exordientibus: vel per additionem arcus seminocturni, cum dato horarum numero à media nocte supputato. Cetera ex supradictis colligantur propositionibus.

### **C**Propositio trigesima secunda.

**E**Vndem horoscopum, vel ascendentem Eclipticæ gradum, per aliquam fixarum stellarum orientium & occidentium noctu alter inquirere.

**C**Alicuius stellæ tibi notæ, & super Horizontem constituta contingentem horam data, atque meridianam accipito altitudinem, per quintam vel octauam propositionem: necnon gradum cum quo data stella peruenit ad Meridianum, & utriusque tam stellæ quam ipsius gradus arcum diurnum inquirito, per vigesimam secundam propositionem. Supputato postmodum ipsam altitudinem in Limbo quadrantis, à dextra versus lœuam: & per altitudinis terminum extendito filum, & currentem indicem ponito super lineam horæ sextæ inæqualis. Dein traducito filum cum indice ad finem inuentæ altitudinis à lœua dextrorum veluti meridiana supputata: & animaduertito inæqualium horarum numerum, ab indice ad rectum tantum Horizontem.

*Note s. i.  
quadranta  
descripta  
hora data  
attendo hic  
ut huc possit  
si horas dat  
no habueris  
sed solu' tpa  
nocturno in quo cūq; sig. instanti (b; ignoto) ibi placuerit:  
ascintes g̃dum eclipticæ scire optaueris. q; post aliis  
stelle tibi notæ, & in quadrante locataz Accipitionem cūz nota sua  
q; cūz s. orientali vel occidentali q; cūz p̃dicta stella veluti cūz solari  
locis in p̃teritis operatioib; agisti. has operationes s. p̃mp. 19<sup>e</sup>. 2<sup>o</sup>  
16<sup>e</sup>. 3<sup>o</sup>. 22<sup>e</sup>. 4<sup>o</sup>. 17<sup>e</sup>. 50. 15<sup>e</sup>. pp̃is facare te oī. q; completis  
in horarioz cognitione peruanire pacis.*

interceptum. quem resoluto in arcum Aequatoris , per solitam vnius horæ inæqualis multiplicationem:cuius quantitatem, decimaseptima te docebit inuenire propositio. Hunc porrò arcum seruato seorsum, si altitudo stellæ fuerit ortiua , seu antemeridiana:quæ si pomeridiana, vel occidentalis extiterit, dematur huiusmodi arcus à diurno eiusdem syderis arcu,& residuum seorsum obseruato. Deinde aufer-to dimidium arcus diurni eius gradus,cum quo stella venit ad medium Cæli,ab arcu stellæ semidiurno,aut è diuerso:& differentiam annotato. quam adiungito arcui prius reseruato, si stella fuerit australis:vel ab eodem arcu detrahito, si in boream declinauerit.Q uod autem inde consurget,aut relinquetur, addito gradu cum quo datam stellam Cælum mediare didicisti. Tandem enim obliqua ascendētis vel ho-roscopantis Eclipticæ gradus resultabit ascensio. Cætera adimplete , vti proxima docuimus propositione.

**¶Propositio trigesimatertia.**

**33** **H**Oram inæqualem nocturnam, ex suprà dictis reddere notam.

**¶Monstrauimus** decimasexta propositione, qualiter hora inæqualis diurna lucente Sole deprehendatur:nec tunc potuimus,absq; prævia ascensionū cognitio-ne,nocturnam horam inæqualem exprimere. Ab obliqua igitur,& per trigesimam-primam propositionem, inuenta horoscopi, vel ascendentis ascensione , obliquam ascensionem gradus Eclipticæ, qui vero loco Solis diametaliter opponitur,subdu-cito. Exhibit enim arcus Aequatoris ab occasu Solis usque ad datum tempus inter-ceptus. Hūc diuidito per vnius horæ inæqualis quātitatē,ex decimaseptima propo-sitione depromptam:& inæqualium ab occasu Solis habebis horarum numerum.

**¶Propositio trigesimaquarta.**

**34** **A**N data stella , vel Eclipticæ punctum,sit in ortiua , aut occidua Cæli parte:supráve,aut infra circulum Horizontem indagare.

**¶Meridianus** inquām circulus,vniuersum Orbem in duas,ortiuam quidem & oc-ciduam:Horizon autem in supernam & inferiorem,seu patentem & occultam,sepa-rat medietates. Cūm volueris igitur agnoscere , in quanam prædictarum partium, tum ab Horizonte,tum à Meridiano distinctarum,data stella collocetur : accipito gradum medijs Cæli dato obseruationis tempore, per trigesimamprimam propo-sitionem.& rectam illius gradus,ac stellæ datæ ascensionem, per vigesimamtertiam: necnon eiusdem stellæ semidiurnum ac seminocturnum arcum , per vigesimamse-cundam propositionem. A recta postmodum ascensione medijs Cæli, demito rectam itidem syderis ascensionem: relinquetur enim elongatio stellæ ab ipso Meridiano circulo. Quæ si nulla fuerit:stella Meridianum,super Horizontem occupabit. Si ve-rò dimidium compleuerit circulum:subterraneam Meridiani partem,vel angulum Terræ possidere censeatur. At si minor fuerit semicirculo,seu gradibus 180:in occi-dua Cæli parte versabitur.supra datū quidē Horizontē,si eadē elongatio minor fue-rit arcu stellæ semidiurno:sub Terra verò,si eundē arcū semidiurnū exuperauerit. Quod si præfata syderis elongatio,dimidiū superet circulū : ortiua Cæli partē datā stellā occupare necessum est. Tunc ab eadē elongatione demito 180 gradus:& ani-maduertito residuū. Nam si idē residuū fuerit minus arcu stellæ seminocturno, erit stella sub Horizonte:si autē præfatū superauerit arcū seminocturnū, stella supra Ter-rā,vel Horizontē constituetur. Haud aliter facito,de quo quis Eclipticæ gradu.

Elongatio  
syderis à M-e  
ridiano, &  
eius discrī-  
mina.

**¶Propositio trigesimaquinta.**

**35** **I**NITIA duodecim domorum Cæli , iuxta veterum vstatissimam eri-gere traditionem.

**¶Quanquam** non ignoremus,alterutram domiciliorum cōstitutionē,à Campano, vel Ioāne Regiomótano rationabiliter excogitatā,in iudicijs vtcūq; p̄f̄stare:Placet

## ORONTII FINEI DELPH.

Vetus distin  
ctio 12 do  
morū Cæli.

4 Cæli car  
dines.

8 domorū  
intermedia  
rum initia.

nihilominus,iuxta prisorum traditam obseruationem,duodecim domos Cæli,per circulos magnos in utroque Mundi polo conuenientes,& per æquas arcus diurni atque nocturni ascendentis Eclipticæ puncti diuisiones,vnâ cum Meridiano trans eentes (ne quadrantem nostrum hac priuemus vtilitate )impræsentiarum distingue. ¶ Habes igitur (vt rem paucis absoluamus ) ex trigesimaprima propositio ne,quatuor Cæli cardines:horoscopum scilicet,ipsius primæ domus initium:mediū Cæli,principium decimæ domus:angulum item occidētis,initium domus septimæ: angulum denique Terræ,quartæ domus initiatuum.Q uacunque enim ratione do mus ipsæ distribuantur:præfatos Mundi cardines semper eosdem offendes.Cætera rum autem domorum intermedias distinctiones hac arte supputabis. Accipe arcū semidiurnum ipsius horoscopi,vel ascendentis Eclipticæ gradus,per decimamquin tam propositionem.quem in tres partes adiuicē æquales diuidito: profiliat enim duplum horæ inæqualis diurnæ eiusdem ascendentis.Q uod si à sexaginta dempse ris gradibus:dupla itidem relinquatur inæqualis horæ nocturnæ quantitas. Ipsum porrò duplum horæ inæqualis diurnæ,ad iunctio rectæ ascensioni mediū Cæli,per ean dem trigesimamprimam propositionem inuentæ:nā recta principij vndeциmæ do mus conflabitur ascensio.Cui si addideris duplum ipsum diurnæ & inæqualis horæ: consurget ascensio recta initio duodecimæ domus adscribenda . Inuentæ rursum, in pñcipio. 14 per ipsam trigesimamprimam propositionem,ascensioni gradus ascendētis vel ho plematis suoscopi,adde duplum horæ inæqualis nocturnæ:& ascensio recta initij secundæ do libri directio mus resultabit. Huic , si præfatam nocturnæ & inæqualis horæ duplam adiunxeris quantitatem:prodibit ascensio recta initio tertiae domus deputanda. His tandem ascensionibus rectis respondentes Eclipticæ gradus,cuspides aut initia prædictarū domorum distinguentes:ex vigesimaseptima poteris elicere propositione. Obten illa p quem pblamate. 15 otis autem sex domorum oriētaliū cuspidibus:cognoscuntur & reliquarum sex occidentalium initia,coassumptis Eclipticæ partibus,è diametro cuiuslibet earum cōstitutis.

### ¶ Propositio trigesimasexta.

**D**ato arcu circuli : sinum rectum , atque versum illius arcus inuenire. 36

¶ Sinum rectum alicuius arcus nuncupamus, dimidium chordæ dupli arcus dati: seu rectam lineam,à fine ipsius arcus,in eum circuli diametrum,à quo datus arcus numeratur,perpendiculariter incidentem.Versus autem sinus dicitur,pars dimet entis,ab initio arcus dati,vsque ad sinum rectum eiusdem arcus intercepta,& cum eodem sinu ad rectum cōueniens angulum. Semidiameter porrò circuli,sinus totus,quadrantisve sinus vocatur:sive is rectus, seu versus consideretur. Cuiusmodi est ipsius quadrantis semidiameter a b,in 60 partes adiuicem æquales (ad imitationem Ptolemaei) distributus,atque suis ab a in b,& è contrario, insignitus partiū numeris:à quo reliquorum sinuum proportionatæ depromuntur quātitates. ¶ Dat o igitur arcu circuli,si libeat inuenire sinum rectum,aut versum illius arcus:ita facito.Si datus arcus,90 gradus excedat,minor tamen existat semicirculo:demito ab ipso arcu 90 gradus.Si autem semicirculum exuperauerit,non attingens tres circuli quadrantes:auferto gradus 180.Q uod si tres superauerit circuli quadrates, minor tamen fuerit integro circulo:subducito ab eodē arcu dato 270 gradus. Eum porrò qui aliquo trium modorum relinquatur arcum,supputato in quadrante b c,ab ipso b versus c:& in supputationis terminum,filum coextēdito. Dein collocato alterum ipsius filii currentem indicem,super arcum horæ sextæ inæqualis :reliquum autem super arcum inuersum.Demum traducito filum (inuariatis indicibus) in rectum semidiametri,seu lateris a b.Q uot enim capientur partes ipsius a b,inter a centrum & primum indicem,super lineam horæ sextæ inæqualis antea constitutum:tantum


litteraz sic corri ge Ab ipso arcu semicirculi . f. 180 . q̄dib⁹ nuñz arcū datuz demito. q̄r auz littera stig orontij finai in fine . f. 4 . capit⁹ . 13 . libri pñmi suo geometrie con ordabit . Et idē L . 5 . f. 139 . sui op⁹ de sinuz recti inuestigatione arauati loquendo . qd qdib⁹ opus cuz dirotationib⁹ Jo . de . m . regio coniuncta est ad litteraz dicit . quappter hec littera in pñsemipossu salua tanti viri reue cenia nō veruati consona mihi vidat . Sed si litteram hanc saluare vol eris residuz post subtractionez 90 . graduz p inuestigatione sinuz versi arcuz dati . et cuz pñmo indica fili Amum versum inuestigabis . Et cu 20 indice vñdi fili sinum rectum arcuz cui dati proscrutaberis . et sic

dat⁹ fuerit maior arcu quadrante. s. 90. & dibus et semicirculo. s. 180. s.  
dibus minor q̄ si tūc de nīp seris. 90. & dibus. s. arcu quadrante ab arcu dato  
et residui supputaueris in quadrante. b. c. ab ipso. b. & suis. c. et insupp  
ulatiois terminorum. QVADRANS ASTROLA. filum 13 pieceris. et  
eo sic immoto vnius eis currentem indicem sup arcum bore, sexto  
fore pronuntiato sinum rectum ipsius arcus dati. Versum porrò illius sinum, ostend  
ent partes, à reliquo fili indice ad signum b, responderenter interceptae. Item si com  
prehensas ab a centro, ad præfatum indicem secundum, per arcum inuersum antea  
iustificatum, partes acceperis: sinum rectum cōplementi (hoc est, residui de 90 gra  
dibus) eiusdem arcus obtinebis. Quoties porrò supputandus arcus fuerit præci  
sē 45 graduum, dimidium complens circuli quadrantem: filum coincidet in com  
munem utriusque & horæ sextæ & inuersi arcus intersectionem: in quam alterum  
tantum indicem sufficiet tunc imponere. Nam index ipse traductus in rectam a b:  
diuidet eandem a b, in rectum atque versum sinum arcus dati. CO ROLL A.  
¶ Hinc fit manifestum, datis binis arcubus circuli quadrante minoribus, quorum  
vnius sit alterius complementum: quantus fuerit rectus vnius sinus, tantus erit &  
versus alterius, atque ē diuerso.

**C**Propositio trigesima septima.

**A**ntecedentis & immediatæ propositionis, geometricam subiungere demonstrationem.

**E**sto circuli quadrans a b c, cuius centrum a, & arcus b c. Siquidque primū datus ar-  
cus b d, 45 gradibus minor. Educatur ergo recta linea, quæ filum imitetur a d, secās  
arcum horæ sextæ inæqualis a e c in puncto e, arcum autem inuersum a g b in si-  
gno g. Et demittatur d f sinus rectus, ad perpendicularum super a b: connectanturque  
rectæ lineæ c e, atque b g. Dico primū, a e fore æqualem ipsi d f sinui recto arcus  
b d. Quoniam enim angulus qui in semicirculo rectus est, per trigesimam primam  
petitionem tertij elementorum Euclidis: uterque igitur a e c, & a g b angulus rectus est, & alter  
neque omni propterea alteri æqualis, per quartum postulatum. Rursum quoniam parallela, est a  
euclidis c, ipsi d f: & in eas incidit a d recta. Angulus igitur c a d, alterno a d f est æqualis,  
et Jami per vigesimam nonam primi corundem elementorum. Reliquus igitur angulus a c  
e, reliquo d a f, per trigesimam secundam eiusdem primi æquabitur. Bina igitur tri-



angula a c e, & a d f, sunt æquiangula. AE-  
quiangulorum porrò triangulorū propor-  
tionalia sunt latera, quæ circum æquales  
angulos: & similis sunt rationis, quæ æqua-  
libus angulis latera subtenduntur, per quar-  
tā sexti. Et sicut igitur a c ad a e: sic a d ad  
d f. Atqui a c & a d, æquales sunt adinuicē:  
sunt enim eiusdem quadrantis semidiamante  
tri. Ad quas autem eadem, vel æquales eā-  
dem habent rationem, ipsæ sunt æquales,  
per nonam quinti. Aequalis est igitur a e  
ipsi d f sinui recto arcus dati. ¶ Dico insu-  
per rectam d g, æquari sinui verso b f: & a g  
ipsi a f, quæ eadem est cum sinu recto com-  
plementi d c. Nam angulus b a d, commu-  
nis est utriqui triāgulo b a g & d a f: & qui  
ad f angulus, ei qui ad g æqualis, nempe

*ad triangulum, ei qui ad g æqualis, nempe  
rectus recto. Et reliquus igitur a d f, reliquo a b g, per eandem trigesimam secundā  
primi æquabitur. Aequiangula itaque sunt a b g & a d f triāgula: & quæ circū æqua-  
les angulos latera proportionalia, per eandem quartam sexti. Sicut igitur a b ad a g,  
sic a d ad a f. Sunt autem a b & a d quadrantis semidiametri: & æquales propterea  
ad inuicē, quare per ipsam nonam quinti, a f ipsi a g erit æqualis. Quòd si ab æqua-  
libus a b & a d, æquales auferantur a f & a g: reliqua b f, reliqua d g, per tertiam cō-  
munem sententiam erit æqualis. Est autem b f, sinus versus arcus dati: & eadem a f,*

populatu dic p. 3<sup>ra</sup> petitiones pmi Euclidis. c.j.

*Ex vige simus nonam s. & eis primas ptes. subducito ab eo*

Geometrische Elemente / C. Euclides / 270 gradj/dic  
me a solo circa

Corundum elementorum s. Eucloris;  
Cras recto s. s. q. 3<sup>am</sup> petitione vni Euclis  
datu<sup>r</sup> a toto ut  
bocanova sa

Georg Ritter von Bohnenberger (1728-1801) was a German mathematician and astronomer. He is best known for his work on the theory of gravitation and for his contributions to the development of the heliocentric theory of the solar system.

~~ppendas. 32 am. / 1. p. e. g corzellaris. Attende hic q. her  
en littera eiusdem o~~

2008 Ministerio de Cultura

2000 Ministerio de Cultura

## ORONTII FINEI DELPH.

Supradicta,  
rum demon  
strationum  
varietas.

Per sinū re  
ctum.

Per sinū  
versum.

Data chor  
da,arcum in  
uenire.

Sexagenaria  
totius sinus,  
& partium  
cuiuslibet di  
stributio.

æqualis sinui recto complementi eiusdem arcus, vtpote, ei quæ ex d signo, in semi-diametrum ac perpendiculariter incideret, per trigesimam quartam ipsius primi. **C H A V D** dissimiliter dato arcu b h 45 graduum, vel b m 45 gradus excedente, connexis quæ in figura sunt lineamentis: ostendemus rectam a k fore æqualem sinui recto h l, atque ipsi a l: & reliquam partem ipsius a h, vtpote h k, æqualem esse sinui verso b l. Nec minori facilitate monstrabitur a n, æqualis sinui recto m o: & p m, ipsi b o sinui verso eiusdem arcus b m: necnō a p, ipsi a o æqualis. Semper enim, tum ex trigesima ~~parte~~ tertij, tum ex vigesimanona, & trigesimasecunda primi elementorum Euclidis, binatim sumpta triangula offendentur æquiangula: & quæ circum æquales angulos latera proportionalia, similisque fote rationis, quæ æqualibus subtenduntur angulis, per ipsam quartam sexti. Hinc per allegatam nonam quinti, & tertiam communem eorundem elementorum sententiam, proposita linearum concludetur æqualitas.

### **P**ropositio trigesima octaua.

**O** Blato sinu recto, aut verso alicuius arcus: ipsum arcum versa vi- 38 ce colligere.

Extendito filum in rectum lateris a b: & datum sinum rectum supputato ab a, versus b. fini autem imponito alterum fili currentem indicem. Dein moueto filum (invariato semper indice) versus latus a c: quatenus index peruerterit in arcum horæ sextæ inæqualis. Quo facto, supputa arcum Limbi, à puncto b, ad fili contactum interceptum: nam is erit, qui dato sinui recto debetur. **H**aud aliter dato sinu verso, respondentē numerabis arcum. Coextenso nanque filo in rectum eiusdem a b, supputetur idem sinus versus à puncto b versus a: & fini admoto altero indice, traducito filum dextram versus, donec index super inuersum inciderit arcum. Nam quantus erit arcus Limbi ab eodē signo b, ad filum ipsum comprehensus: tantū fore pronuntiato, arcum circuli eidem sinui verso respondentem.

### **P**ropositio trigesimanona.

**A** Rcu circuli dato, chordam siue subtendentem rectam, atque è 39 diuerso computare.

**D**e arcibus semper intelligimus, semicirculo minoribus. Si datus igitur arcus fuerit 180 gradibus, hoc est, semicirculo maior: hunc ab integro subducito circulo, & residui chordam, in hunc qui sequitur modum, inuestigato. Arcum ipsum bifariā diuidito: & alterutrius medietatis sinum rectum, per antecedentem trigesimam sextam propositionem numerato. Hunc sinum postea bis sumito: cōsurget enim chorda ipsius arcus dati. **Q**uòd si versa vice data chorda, subtendentem velis arcū inuenire: diuide pariter chordam ipsam bifariam: & alteri parti (ac si foret quidam sinus rectus) debitum arcum, per trigesimam octauam inquirito propositionem. Hūc tandem arcum geminato: conflabis enim ipsius chordæ propositæ subtendentem arcum, qui desiderabatur. Sicuti nanque totus arcus, ad totam chordam: ita dimidius arcus, ad ipsius chordæ dimidium, & è conuerso.

### **P**ropositio quadragesima.

**C** Ommunia quædam sinuum tum adinuicem, tum per quadrantis 40 sinum multiplicationem atque diuisionem respicientia, & succendentium propositionum facilitantia calculum, consequenter edocere.

**C** Ommnia ferè quæ per sinuum inuestigantur ratiocinationes: ex eorundem sinuum tum multiplicatione, tum diuisione, vel utriusque discursu, & quadratae plerunque radicis inuentione colliguntur. Animaduertendum igitur, quilibet ex 60 partibus totius sinus, vel a b semidiametri, in 60 particulas rursum fore distribuendā: quæ prima

minuta vocatur. Minutū insuper quodlibet, in 60 secūda subdividendū esse: & secūdū in 60 tertia. & deinceps ita quātūlibet. Quarū quidē partiū, vel fractionū, si multiplicationē, & diuisionē, aut quadratæ radicis inuentionē, minus forsitā tractare noueris: cōsulito librū tertīū Arithmeticæ nostræ practicæ, ex secūda potissimū recognitione nuper æditæ. ¶ At ne frustra hāc videamur adiecisſe ppositionē: in gratiā succeden-  
tiū operationū, hac vtitor facilitate. Cūm datus quispiā ſinus rectus, per ſinū totum (quē partiū effecimus 60) pponetur multiplicādus: quodlibet genus cōtētarū in eo-  
dē ſinu fractionū, ad pximē grossiore denominationē lāuorſum trāſmutato. vtpote  
secūda in minuta: & minuta in partes. &c. Qz ſi productus aliq[ue] eiuscēmodi partiū &  
fractionū numerus, per 60, vel eundē ſinū totū ſeſe offerat diuidēdus: id versa vice p  
ſingulorū generū trāſpositionē, in proximē ſuccedentē nomenclaturā versus dextrā  
absolues: vertēdo ſcilicet partes in minuta, & minuta in ſecūda, atq[ue] ſecūda in tertia.  
&c. In exequēdis itaq[ue] canonib[us] ipſis, aut diuisionē, aut multiplicationē, hac ſupple-  
bis vel euitabis facilitate: potiſſimū vbi inter datos proportionales ſinus rectos, idē  
ſinus totus, vel ſexagenarius occurret numerus. quēadmodū 17 numero tertij capi-  
tis libri quarti eiusdē Arithmeticæ nostræ p̄emonuimus: & ex ſuccedentiū proposi-  
tionū expiri licebit opationibus. Placuit enim, nō quæcūq[ue] ex proportionato ſinū  
pendēt examine (quoniā id in longiorē, & propediē ædendū libet differre tractatū)  
ſed ſelectas aliquot & magis familiares per ipsum quadrantem noſtrum elucidare  
propositiones: quæ te in ſimilium operationem admodū facilitabunt.

Mira ſinuū  
per totū ſi-  
num multi-  
plicādi atq[ue]  
diuidendi fa-  
cilitas.

¶ Propositio quadragesima prima.

41 **S**olis, vel datæ cuiuslibet Eclipticæ partis, declinationem, ex p̄efa-  
tis ſinibus rectis, fideliori quām ſexta tradiderit propositio, depre-  
hendere calcuло.

¶ Non mireris candide lector, ſi declinationes Eclipticæ rurſum examinemus, &  
præcisiōni doceam⁹ inuenire calcuло: ab illis ſiquidē vniuersa pēdere videtur Astro-  
nomia. ¶ Duc itaq[ue] ſinū rectū obſeruatæ maximæ ſolaris declinationis (quæ nūc eſt  
23 graduū, & 30 circiter minutorum) in ſinū rectū distatiæ loci Solis, vel datæ partis  
Eclipticæ, à proxima eiusdē Eclipticæ cū Aequatore ſectione, & productū diuide p ſi-  
nū totū: procreabitur enim ſinus rectus, cuius arcus propositā exprimet declinatio-  
nē. quā pro dato Solis loco, vel Eclipticæ gradu, boreā vel austrinam denominabis.

Ab exactis  
declinationi  
bus Astrono-  
miam pen-  
dere.

¶ Nec minori facilitate, data Lunæ distatiæ à proxima capitis aut caudæ draconis  
intersectione, & maxima eccentrici lunaris ab Ecliptica deviatione (quæ eſt 5 graduū  
inuariabiliter) latitudo ipſius Lunæ dignoscetur: ducēdo videlicet ſinū rectū ipſius  
maximæ deviationis, in ſinū rectū eiusdē Lunaris distatiæ à nodo proximo, & pro-  
ductū per ſinū totū distribuēdo. Hinc & declinationis Solis, & latitudinis Lunæ ta-  
bulam, condere vel facile poteris.

Latitudinē  
Cēdē via  
ſupputare.

¶ Propositio quadragesima ſecunda.

42 **R**ectam ascensionem dati cuiuslibet arcus Eclipticæ, à proxima ſe-  
ctione cum Aequatore ſumentis exordium, præcisiōni quām vige-  
ſimatertia propositione discernere.

Quid per re-  
ctas intelli-  
gamus ascen-  
ſiones.

¶ Iuuat de industria rectarū, hoc eſt, ad rectū ſphæræ ſitum relatarum, aut in recta  
ſphæra ſupputandarum ascensionum, per ſinus rectos iterum examinare calculū:  
quoniā ex rectis obliquis, & ex obliquis, vel vtrisq[ue] ſimul, ſanior deducitur astrorum  
contemplatio. ¶ Ducendus eſt igitur ſinus rectus complemēti dati arcus Eclipticæ  
circuli quadrante minoris, in ſinum totū, & productū per ſinū rectū complementi  
declinationis dati puncti ipſum arcum terminantis diuidendum. Profiliat enim ſi-  
nus rectus, cuius arcus à circuli quadrante ſubductus, optatā ascensionē rectā indica-  
bit. ¶ Cūm igitur in recta ſphæra, quatuor Eclipticæ quadrantes à binis ſolſtitialibus

Notandum.

BIBLIOTECA

DEL

UNIVERSITATIS DE L. TORRENS

## ORONTII FINEI DELPH.

& totidem æquinoctialibus punctis inchoati,æquales habeant ascensiones,& descēsiones,similiter & duo quilibet arcus circuli quadrante minores,& adinuicē æquales,ab alterutro aut æquinoctialium,aut solstitialium punctorum itidem exordientes:habes viam q̄ facillimam reducendi singulas ascensiones rectas,ad signorū initium,vel datum quoduis reliquorum punctorum,quę cardinalia nūcupare solemus. Sed de his latius Libro tertio Sphæræ,seu Cosmographiæ nostræ.

### ¶ Propositio quadragesimatercia.

**D**ifferentiam ascensionalem (quæ eadem semper est cum arcus semiurni in dato sphæræ situ,& sub æquinoctiali differentia) alter quam vigesimaquarta propositione,in vniuersum perscrutari.

¶ Quid ascensionalem vocitemus differentiam,eadē 24 propositione definitū est:quādo item hæc addi,subtrahīve debeat à recta propositi arcus ascensione,vt obliqua ipsius arcus resultet ascēsio,vel ab arcu semidiurno æquinoctiali (qui semper est 90° graduum) vt semidiurnus pro dato sphæræ situ confletur,aut relinquatur arcus.¶ Duc igitur sinum rectū polaris altitudinis,in sinum totū:& productum partire per sinum rectum cōplementi ipsius polaris altitudinis.procreabitur enim sinus rectus generalis ,ad colligendas singulas ascensionales differentias ad datam poli sublimitatem indifferenter admodum: quem propterea sinum regionis non indecenter adpellabis. Hunc itaq; sinum regionis ducito in sinum rectum declinationis puncti Eclipticæ datum arcum terminantis:productūmq; diuidito per sinum rectum cōplementi eiusdem declinationis.Fiet enim sinus,cuius arcus per 38 propositionem inuentus,optatā ascensionalem differentiam manifestabit:de qua facito,veluti præcedentibus ostensum est propositionibus.

### ¶ Propositio quadragesimaquarta.

**D**ati cuiuslibet Eclipticæ puncti latitudinem ortuam,ad liberam poli sublimitatem calculare.

¶ Ortuā adpellamus latitudinem,arcū Horizotis circuli,inter ascendēs Eclipticæ punctum,vel datum sydus,& cōmunē eiusdē Horizotis cum Aequatore sectionem comprehensum.Hinc constat occiduam eiusdem puncti vel astri latitudinem,æqualem esse ortuæ: & vtranq; borealem vel australē fore denominandā, prout datū punctum vel astrum in polum arcticū vel antarcticū declinauerit.¶ In recto igitur sphæræ situ,ortua syderis aut puncti latitudo, eadē est cū ipsius puncti vel astri declinatione.¶ In data porto obliquitate sphæræ,secus est: hāc ergo tali colligitu discursu.Accipito sinum rectum declinationis ipsius puncti Eclipticæ dati,necnon cōplementi oblatæ polaris altitudinis per 36 propositionem.Hunc porrò declinationis sinum,ducito in sinum totum,per antecedentem 40 propositionē:& productum diuidito per ipsum sinum cōplementi polaris eleuationis . Nam prouenientis inde sinus collectus arcus,ortuam ipsam vel occiduā dati puncti latitudinem ostendet.¶ Hinc patet,quālibet puncta in eodē existentia parallelo,quęadmodū & eandem sortita declinationem:ortuas amplitudines habere semper æquales, sed tantō magis diuersas,quantō poli sublimitas maior extiterit.

### ¶ Propositio quadragesimaquinta.

**Q**uantum extollatur polus borealis supra quemlibet positionis circulum,iuxta modum rationalem adpellatum,octo domos intermedias,vel earum partes definientium,ostendere.

¶ Positionis circulum,seu rationalem cælestium domiciliorum distinctorem vocatamus:qui ex mutuis Horizontis cum Meridiano sectionibus,per datū punctū vel astrū educitur.quem instar cuiusdā Horizotis se habere,fit manifestū.Hinc polare eleuationē supra datū quenuis ita positum circulū metimur,per arcū circuli magni

Sinum regio  
nis vniuersa-  
lē in primis  
colligere.

Pars secun-  
da canonis.

arcus nequato-

ris quo singu-

lorū arcuū,

ascensiones in

data sphæræ

obliquitate a-

reatis Latitudo or-

tūe tiua quid.

runt ascensiō-

nib⁹. hec. n.

Nota pro re-

ccta sphæra.

Canon pro

data obliqui-

tate sphæræ

Corollariū

notandum.

Circulus po-

sitionis.

Altitudo po-

li supra cir-

culum posi-

tionis.

## ~~Regio Xbo illo~~ QVADRANS ASTROLA. oblatum positi

ab exaltato polo, in datum ipsum positionis circulum incidentem. ¶ Duc itaq; sinū rectum dati arcus Aequatoris inter oblatum positionis circulū & Meridianum comprehensi, in sinum rectum oblatæ super Horizótem polaris altitudinis: & productū diuide per sinum totū. Inde verò procreati sinus arcum accipito: quē primum (differentiæ gratia) vocitato. Postea multiplicato sinum rectum complementi eiusdem polaris altitudinis super Horizontem, in sinum totum: & productum tandem diuidito per sinum rectum complementi ipsius arcus primò reperti. Nam prouenientis inde sinus recti coassumptus arcus, propositam poli borei supra datum positionis circulum ostendet eleuationem. ¶ Manifestum itaque fit, polum ipsum supra datos quosuis positionum circulos vtrinque à Meridiano circulo æquè distantes, paribus interuallis extolli. ¶ Hinc rursum patet, cur tertia, quinta, nona, & vndecima dom⁹, eundem sortiantur polarem numerum: cur item secundæ, sextæ, octauæ, & duodecimæ, idem quoque numerus polaris adcommodetur: in erigendis iuxta modum rationalem, intermediarum domorum cuspidibus.

### ¶ Propositio quadragesima sexta.

46 **I**NITIA, cuspidésve duodecim domorum, iuxta rationale earumdem constituere distinctionem.

¶ Volunt recentiores Astronomi, quatuor Aequatoris quadrantes Meridano & dato interceptos Horizóte, in trinas & adiuicem æquales distingui portiones: & per ipsa distinctionum puncta quatuor educi magnos circulos, ex mutuis Horizontis obliqui & Meridiani sectionibus prodeutes. Qui vnā cum eisdem Meridiano & Horizonte, senarium conficiunt numerum: & vniuersam Cæli machinam in duodecim domiciliorum distribuunt interualla. Quę quidē domus, pro alia & alia poli sublimitate variæ sunt & diuersæ: imo & in eadē eleuatiōe polari inæquales adiuicem, exceptis ijs domorum interstitijs, quæ à Meridiano vtrinq; videtur æquidistare circulo. ¶ Quatuor igitur ascensionum tabulæ, per antecedentes propositiones, in tuum usum cotidianum, & laboris subleuamen, prius veniunt supputandæ: Ascensionum inquam rectarum, & obliquarum ad tuæ regionis Horizontem, atq; pro duobus numeris polaribus, quorū alter initijs intermediarū domorū à paribus numeris, alter verò ab imparib⁹ denominatarū adscribitur. quēadmodū proxima narravimus propositione. ¶ His ita paratis, disce gradū medi⁹ Cæli, & rectā illius ascensionē: per trigesimalē primā propositionē. Adde postmodū ascensioni rectæ medi⁹ Cæli, 30 gradus: & cōsurget obliqua vndecimæ domus ascensio. Cui si 30 gradus adieceris: obliqua resultabit ascēsio duodecimæ domus. Huic rursum addas 30 gradus: & congeries obliquā primæ domus ascēsionē ostēdet, ipsius videlicet horoscopi. Cōsequēter obliquæ primæ domus ascensioni adde gradus 30: & profiliat obliqua secundæ domus ascēsio. Cui si 30 adieceris gradus, obliquā tertia domus ascēsionē coaceruabis. Poteris & inuenta ascēdantis, vel horoscopi ad tuæ regionis Horizontē ascēsione: per continuam subductionem 30 graduū, obliquas duodecimæ, & vndecimæ dom⁹, atq; ipsius medi⁹ Cæli ascensiones obtinere. Harum tādem obliquarū ascensionū, proprios elicito gradus Eclipticæ: ascēdētis quidē per arealē ingressum in propriā tabulā, secundæ autē & duodecimæ, atq; tertiae & vndecimæ domus, per tabulas ad proprios, & per antecedētes inuentos numeros polares supputatas: aut iuxta 27 p. positionis traditionem, si præfatis carueris tabulis. Obtentis porrò sex domorum initijs: cæteræ, per diametralē partium Zodiaci assumptionē, statim innotescerunt.

### ¶ Propositio quadragesima septima.

47 **S**OLIS altitudinē super Horizontē quacunq; hora data, & in quauis obliquitate sphæræ, absq; radiorum inspectione numerare.

¶ Quām frugifera sit huiuscmodi solarium altitudinū supputatio: his relinquimus

c.iiij.

posita nūc cām ad quācū libarām lat<sup>33</sup>. p. ab vno ḡdu lat<sup>33</sup> poli borealis/ australis cōg. idem est. vsp ad .90 gradus compa- nere potes.

totus. scilicet propria*s* in qua*s* circuli semidiameter dividit presupponit. Adde. Valutis  
quod aliquam gradus non ex alio gradus non subtractere no possumus. sic etiam  
circulus. scilicet 360 gradus. Addimus. ut talis merit gradus subtractio fieri queat. nec  
idem facimus quod unius signorum numerum a signorum numero subtractare volumus.  
signorum non habito. 12. ORONTII A FINEI DELPH. signa coea Addimus. et

*ex toto corp  
mio Præparāda  
aggre ad huius p  
gato positiōisope  
rationem.*

*Subsp. ~~lanceolata~~  
handuz Sig. sp.  
numerus sub  
lineis.*

*Si. Pars canorum  
nis præcipua  
ratiæ/attendo  
hic q[uod] q[ui]cunq[ue]  
iste Idem aliter  
quādo O est  
in securis.*

*sing* in Yaut  $\pm$   
capite.  
*caue*

*par* Quando di-  
*ses* stantia ⊖ à  
*intre* meridie est

et equales  
horarum 6.

beza, oo, ba,  
buaze, g, tu  
beaz totiem

*exagorarur*  
m̄z Arcus hora  
c̄z rij quinā vos

**Propositos**

*tieſ arcus in Ho-  
rizonte pri-  
xis. diſtinguere.*

*ius calium  
etius sacerdotis*

*ibi compata  
erit cum q<sup>b</sup>y  
zat* In verticali 1

ioes circulo eos  
uagdem arcus

*Ita* supputare.  
*Ita* Notandum.

ras p<sup>as</sup> qu  
habueris

ungas et tuc  
nus pting et  
Crescere

*suas fractiones  
rimus recti  
platae solarii*

*It is tibi con-  
seruatus exit.*

diadicandum, qui varias solarium horologiorum, quadrantūmve rationes deli-  
neare consueuerunt. Operæ pretium est igitur, præcognoscere distantiam Solis  
horariam à medio Cæli: siue hora fuerit ante, vel post meridiem, quam distan-  
tiam, vertes in partes Aequatoris: dando cuilibet horæ 15 gradus, & cuilibet horario  
minuto 15 minuta gradus. huius postmodùm arcus accipito sinum versum, per trige-  
simam sextam propositionem. Item addiscito arcum semidiurnū Solis, per 15 aut vi-  
gesimam noctuam: & sinum eius versum. necnon meridianam ipsius Solis altitudi-  
nem, per septimam: & sinum eius rectum, per eādem trigesimam sextam. Subducito  
postmodùm sinum versum distantia Solis à medio Cæli, à sinu verso arcus semidiur-  
ni: & quod inde relinquetur, ducito in sinum rectum altitudinis meridianæ. Id autē  
quod ex hac multiplicatione resultabit, diuidito per sinum versum eiusdem arcus  
semidiurni. Prodibit enim sinus rectus optatæ solaris altitudinis. ¶ Cùm porrò Sol  
alterutrum possederit æquinoctiorum: sufficiet multiplicare sinus rectum altitudi-  
nis meridianæ (quæ tunc eadem est cum latitudinis complemento) in sinus re-  
ctum complementi distantia Solis à meridie, & productum diuidere per sinus to-  
tum. ¶ Item si distantia Solis à meridie fuerit præcisè 6 horarum, quibus respondet  
gradus 90: idem quoque leuius obtinebis, si duxeris sinus rectum altitudinis pola-  
ris in sinus rectum declinationis loci Solis, & productū diuiseris per eundem sinū  
totum. Hinc poteris tabulam solaris altitudinis, ad liberos Eclipticæ gradus, &  
quamlibet horam diei artificialis, vel facile supputare.

### **¶ Propositione quadragesima octaua.**

**A**rcus horarios, tam in Horizontali plano, quam in verticali ad Austrum erecto, ad datam quanuis poli sublimitatem inuenire.

¶ Horarios nuncupamus arcus , quos horarij circuli per vtrunque Mundi polum  
educti,& vnà cum Meridiano, circulum Aequatorem, seu diei naturalis reuolutio-  
nem in 24 æqualiū horarū interualla distribuētes,in ipso vel Horizonte,aut vertica-  
li distingūt circulo. ¶ In primis itaq; arcū Horizontis, qui à Meridiano ad datū quē-  
libet horariū intercipitur circulū:in hunc modū supputabis. Multiplica sinū rectū  
cōplementi oblatæ polaris eleuationis,per sinū rectū arcus Aequatoris,ab hora data  
ad Meridiē usq; ,aut è diuerso comprehēsi:productūmq; diuidito per sinū totū. Con-  
surgētis inde sinus arcū accipito:quem inuentum primum,discretionis gratia,voci-  
tato. Postea ducito sinū rectū cōplementi ipsius horariæ distatiæ à Meridiano,in  
sinū totum:& productū diuidito per sinū rectū ipsius arcus prius inuenti. Eius demū  
sinus qui inde generabitur,arcum accipito:ipsius enim arcus cōplementum, quæsitū  
Horizontis ostendet arcū. ¶ Ipsum porrò verticalem arcum ab eodem quoq; Me-  
ridiano supputandum,haud aliter deprehendes:hoc solum excepto, quoniam vten-  
dum est sinu recto polaris eleuationis,vbi sinum complementi eiusdem polaris ele-  
uationis accipiendū fore diximus.Cætera verò,veluti suprà diximus,veniunt pror-  
sus absoluenda. ¶ Animaduertito tamen,datis quibuscumque binis poli sublimita-  
tibus,quarum una est alterius complementum:Horizontales arcus vnius, fore al-  
terius verticales, & è contrario . Hinc planum horologium ad 48 gradus , est ver-  
ticale vbi polus quadraginta duobus extollitur gradibus : & è diuerso . de similibus  
idem habeto iudicium.

**C**Propositio quadragesima nona.

**Q**Vam rationem habeat oblatus in sphæra parallelus ad quenuis 49  
magnum circulum exprimere.

¶ Qui geographicas terrarū Orbis descriptiones in plano delineare cōsueuerunt,  
estari poterūt quanti faciēda sit parallelorū omniū ad datū quēuis magnū circulū,  
utq; similiū arcuū ad similes arcus, exacta proportio. ¶ Habet igitur (vt rem paucis

arcus horarios / hanc . 48 . pp<sup>o</sup>nas iste p<sup>o</sup>diu<sup>am</sup> oronti<sup>g</sup> sineus  
in libro p<sup>o</sup>mo pp<sup>o</sup>na . 5<sup>a</sup> sui tractat<sup>g</sup> de solarib<sup>g</sup> horologij et quadrantib<sup>g</sup>  
ponit /  
arcus p<sup>o</sup> inuanti / hanc litteras sic corrig<sup>e</sup> et dic . ipsig comple  
tisig arcus p<sup>o</sup> inuanti / hanc litteras sic corrig<sup>e</sup> et dic . ipsig comple  
menti eiusdem arcus primo inuanti . ut istem ac oronti<sup>g</sup> & pp<sup>o</sup>ne . 5<sup>a</sup> libri  
omni sui tractatus de solarib<sup>g</sup> horologij et quadrantib<sup>g</sup> sup<sup>g</sup> hunc passum  
equando ad litteram dicit : cuicuba talia sunt . diuino postmodu<sup>g</sup> sicutum com  
damonie res<sup>g</sup> distantia a meridian<sup>g</sup> in sinus vocam , produci diuidito &  
damonie res<sup>g</sup> distantia a meridian<sup>g</sup> in sinus vocam , produci diuidito &

Q VADRANS ASTROLA, paralleli vni quadranti aequa  
16

absoluamus) oblatus quicunq; magnus circulus (quales sunt Aequator & Meridius) ad datū quēuis parallelū ēā rationē, quā obseruat sinus totus ad sinū rectū cōplēti distātiae seu latitudinis eiusdē parallelī ab Aequatore circulo. Sicut præterea totus circulus magnus ad totū parallelū, ita quadrās ad quadrantē, & pars quālibet ad partē consimile. Cognita igitur parallelī ab Aequatore distantia, tolle eam à 90 gradibus: & residui inuenito sinū rectū, per 36 propositionē. Hūc postea sinū, ducito in quadrantē (verbi gratia) magni circuli, vtpote in 90 partes: & productū diuidito per sinum totum. Habebis enim partium numerum, qualium magni circuli quadrans est 90 similiū: qui rationem quadrantis ipsius dati parallelī, ad eundem circuli magni quadrantem ostendet: quot videlicet ex 90 circuli magni partibus, idem parallelī quadrans comprehendat. Huius porrò sinus recti (quem nuper in quadrantem magni duxisti circuli) si partes in minuta, & minuta in secunda, atque secunda in tertia mutaueris, hoc est, singula numerorum genera in proximē minore (potentia dico) traduxeris denominationē: habebis in promptu minuta vnius gradus dati parallelī ad 60 minuta vnius gradus circuli magni proportionata.

Propositio quinquagesima.

D Vorum locorum cognitarum longitudinum atque latitudinum, viatoriam elongationē seu directum itineris interuallū indagare.

Quonam ingenio locorum deprehendantur longitudines, alibi sufficienter expressimus: & proxima nostræ Cosmographiæ recognitione latius ostensuri sumus, etiam aliter quām per lunares Eclipses. Latitudines porrò ex duodecima atq; decimatercia colliges propositionibus. Memineris tamen directas itinerū profectiones, semper fieri super circumferentia magni circuli, per data quēuis duo loca trans euntis: quemadmodū libro quinto eiusdem Cosmographiæ nostræ geometricè demonstrauimus. Totum ergo negotium versari videtur, circa adiunctionem segmenti magni circuli, inter oblatā quēuis duo loca cōprehensi. Si data igitur loca sub eodem fuerint Meridiani, & in eadem Orbis parte, subducito minorem latitudinē à maiori: at si alter in Boream, alter verò in Austrum declinauerit, easdem locorum coaceruato longitudines. Relinquetur enim, vel inde consurget arcus Meridiani, inter eadem loca comprehensus. At si loca ipsa fuerint sub eodem parallelo constituta: subducta minori longitudine à maiori, differentiæ chordam accipito per 39 propositionem: quam per minutias Aequatoris, vni gradui dati parallelī respondentes (quas proxima docuit elicere propositio) multiplicato: profiliat enim recta, cuius arcus per eandem 39 inuentus, interceptum magni circuli segmentū ostendet. Verum si loca data sub diuersis & Meridianis & parallelis collocentur, excipio latitudinalem eorundem locorū differentiam: subducta quidem minori à maiori latitudine, si ambæ fuerint eiusdem denominationis: vel eisdē latitudinibus in vnu coaceruatis, si alter locorum septentrionalem, alter verò meridianam habuerit latitudinē. Huius postea latitudinalis differentiæ chordā accipito: necnon rectas, utriusq; parallelī segmenta duobus cōprehensa meridianis subtendentes, veluti nūc ostendimus. Deinde subducito minorem harum rectarū à maiori, si inæquales extiterint (nam si fuerint æquales, paulò leuior reddetur supputatio: quēadmodū ex his quæ sequūtur, colligere poteris) & dimidiam relictæ differentiæ partem ab eadem maiori chorda rursum auferto, atque residuam seorsum obseruato rectam. Alteram porrò ipsius differentiæ partem, quadratè multiplicato: productūque demito à quadrato chordæ ipsius latitudinalis differentiæ, atq; residui quadratam extrahito radicem. Ut rātq; postmodū, vtpote radicem ipsam, & seruatam nuper rectam, infese ducito: & earum quadratis in vnum compositis, resultantis inde partium numeri quadratam accipito radicem. Ea enim chordam indicabit segmenti magni circuli ab altero locorum in reliquum intercepti. Illius ergo chordæ arcum accipito,

c.iii j.

Qualis circu li magni ad mag parallelum nūc ratio.

Operationis pond entaq

post easq ad

gen g. suaq

minor fra

cionum red

Notādavnī uatio

gra. circuli nūc

magni ad p. 60

gra. i paral. s. mi

leli rationis nūc

inuentio. vnius

gradū multi

plicaueris

et rātua nūc

De longitu

dinibus & la

titudinibus gra

inueniendis. que

Directæ iti. qdē

nerū profes

quar

ticas

vni

dem Meridi

ano consti

tuta. quin

ciati

Quādo loca

sub eodem

parallelo.

ut ci

culi n

Vbi loca sub agn

diuersis Me

est c

ridianis &

uise

parallelis.

zign

quotienti n

mero pplic

partis vno g

dui aequat

zib del arcu

magni corr

spondens ti

biqueniet

qua ad mai

ren reduci

denotione.

l. eam quoti

ans potueris

p. 60. dñi de m

lis vel circuli magni corraspondentia. s. 60. m̄ gradus' e quinoccio

parallelī dati eadem nūlo erunt. tñ xpter multiplicationes quā nūc p

quantitatez minutoz vniq gđg. s. p. 60. minuta facisti mutata ad minorez

fractionez denotione. Et hac op̄ causa quam Author iste hic sentire volu

et ipsemet hac arte tabulaz fractionuz p̄tiaz vno gradui Aequatoris corespondentuz composuit ut capite pmo libri. s. in exp̄ne. s. littera z. e

abo illo rātio sum quoniam dare p. 3.

liuas tabulaz si volueris habere fractiones talis dati parallelī vno min

per correspondentes post eam ad eandem denotiones reductiones. p. 60.  
cum quantitas minutorum uno gradui acuatoris vel circuli magni correspondan-  
dans sit: partire seu diuide. et in quotienti numero optis talius fractionus pars  
uno minuto gradus vel circuli magni tibi conueniet. quam ad maiores fractionus  
denotiones per posse red ORONTII FINEI DELPH. uice. et sic tuus optatus

Finalis præ-  
dictarū ope-  
rationū reso-  
lutio.

Vmbra re-  
cta.

Vmbra  
versa.

Vmbrosi dis-  
uiso.  
Vmbræ re-  
ctæ suppu-  
tatio.

Vmbræ ver-  
sa q̄ticas.

Corollarium  
notandum.

Quādo ⊙ al-  
titudo fuerit  
45 gra.

Vbi altitudo  
⊙ minor 45  
gra. offendit.

Quid si al-  
titudo ⊙ su-  
peret 45 gr.

Idem noctu-  
per Lunares  
obtinere ra-  
dios.

per ipsam 39 propositionem. ¶ Inuenito deniq; magni circuli segmento, inter loca-  
data comprehenso, ipsum per millaria, vel data quævis leucarum genera vni gra-  
dui circuli magni respondentia multiplicato: & directam itineris seu viatoriam da-  
torum locorum intercapedinem tandem obtinebis.

### ¶ Propositio quinquagesima prima.

**E**X data Solis altitudine utriusq; vmbrae, rectæ inquam & versa, di- 51  
gnoscere quantitatem.

¶ Rectam nuncupamus vmbram, quam efficit vmbrosum ad rectos angulos super Telluris vel Horizontis superficie eleuatum: veluti sunt ædificiorum vmbrae in longum eiusdem Horizontis coextensæ. Versa porrò dicitur vmbra, quæ fit ab vmbroso Horizonti parallelo, & in ipsum Horizontem ad perpendicularum demittitur: quælis est vmbra stili è Cylindro prominentis, vel egredientis è pariete fustis. Vtraq; tamen ad rectos cum suo vmbroso conuenit angulos. Quod quidem vmbrosum, in 12 partes adinuicem æquales: & partem quilibet in 60 minuta, atq; minutum quilibet in 60 secunda, de more supponimus esse distributum. ¶ His ita præmissis, multiplica finum rectum complementi oblatæ solaris altitudinis, in 12 vmbrosi partes: & productum diuide per finū rectum ipsius altitudinis. Prostinet enim ipsius vmbrae rectæ quantitas: talium quidem partium, qualium vmbrosum fuerit 12. ¶ At si duxeris finū rectum ipsius altitudinis solaris, in 12 partes vmbrosi, & productum per finū rectum eiusdem complementi versa vice diuiseris: vmbrae versa longitudo prodibit, talium rursum partiū, qualium idem vmbrosum erit 12. Hinc fit manifestum, oblatæ duabus Solis altitudinibus, quarum una est alterius complementū, utpote 55 graduum, & graduum 35: rectam ex una earum prouenientem vmbram, fore æqualem versæ quæ ex altera producitur altitudine, & è contrario. Quando enim recta videtur maxima, versa nulla est: & altera crescente, reliqua proportionaliter minatur. Quoties tamen Solis altitudo fuerit præcise 45 graduum: recta tunc ipsi versa, & vtraq; suo coæquabitur vmbroso.

### ¶ Propositio quinquagesima secunda.

**D**Atæ cuiuscunq; rei, super terrestri vel Horizontali plano perpendiculare eleuate, altitudinem per vmbra ciudem rei cōtemplari. 52

¶ Accipito Solis altitudinem, per quartam propositionem. Quæ si fuerit præcise 45 graduum, ipsius perpendiculari filum in medium quadrantis incidet, inter rectæ & vmbrae versa latera: eritq; tunc altitudo rei metiendæ, suæ vmbrae prorsus æqualis. Metire igitur vmbram: & optatam habebis altitudinem. ¶ At si solis altitudo minor 45 gradibus offendatur: tunc vmbra maior erit altitudine rei propositæ, cadetq; filum in latus vmbrae rectæ. Quam porrò rationem habebunt 12, ad partes vmbrae rectæ filo distinctas: eam seruabit & vmbrae longitudo, ad ipsius rei altitudinem. Metire igitur vmbra, & inuentū mensurarū numerū duc in partes vmbrae rectæ, à latere a b ad filū interceptas, & productū diuide per 12: quotus enim partiū vel mensurarū numerus, quæsitam altitudinem indicabit. ¶ Cum autem præfata Solis altitudo, maior extiterit 45 gradibus, filum ipsum cadet in latus vmbrae versa, eritq; vmbra data minor altitudine rei propositæ: in ea quidem ratione, qua se habent partes vmbrae versa ab eodē filo cōprehensæ, ad 12. Metire itaq; vmbra ipsius rei, & occurrentē mensurarū numerū ducito in 12, productūmq; diuidito per easdē partes vmbrae versa ipso filo interceptas. Proueniens enim mensurarū numerus, propositæ rei demonstrabit altitudinem. ¶ Haud dissimiliter earundē rerum altitudines, lucente Luna, per proprias vmbras, nocturno poteris obseruare tempore.

### ¶ Propositio quinquagesimatertia.

**P**Ræfatam rerum altitudinem, absque vmbra, per radij visualis obser- 53  
uationem comprehendere.

**C** De rebus semper intelligimus quarum termini sunt visuali radio perceptibles. Cūm primū igitur coram proposita & mensuranda re steteris, obijce lēuum quadrantis pinnacidium eiusdem rei vertici: reliquum autem admove dextro, aut lēuo oculo. Eleuato postmodū, vel deprimito quadrantem (demisso semper liberè perpendiculari) quatenus oblatæ rei verticem per vtraq; grossiora pinnacidorum conspexeris foramina. Et immoto quadrante, animaduertito fili cōtaetum in præfatis vmbrae lateribus, sub b c Capricorni tropico delineatis. Intelligito præterea, visualē radium ab oculo in datam rem vel altitudinem perpendiculariter incidentem, ipsam altitudinem in binas distinguere partes: in superiore inquam, de qua nunc agetur, & inferiorem, quæ semper æqualis est demissæ ab oculo in terram longitudini. **C** Si filum itaq; ceciderit in medium vmbrae distinctionem: tunc distātia inter pedem tuum & basim rei comprehensa, æquabitur superiori ipsius altitudinis parti. Hanc igitur metire distantiam, ac eidem adiunge interceptum ab oculo in terram interuallum: habebis enim propositam totius altitudinis quantitatem. **C** Quod si filum secuerit latus vmbrae rectæ: occurrens tunc à basi rei ad pedem tuum distantia, maior erit suprema & ab eodem visuali radio Horizonti parallelo distincta altitudinis parte: idq; in ea ratione, qua se habent 12, ad partes vmbrae rectæ filo interceptas. Metire igitur præfatam distantiam, & inuentum mensuræ numerum duc in partes vmbrae rectæ, productūmq; diuidito per 12: & superiorem eiusdem altitudinis partem obtinebis. Cui si repartam ab oculo in terram adiunxeris intercedentem: vniuersa & optata rei conflabitur altitudo. **C** At si filum inciderit in latus vmbrae versæ: contrarium accidet. quoniam ipsa distantia à basi rei ad pedem tuum intercepta, minor erit eadem superiori parte ipsius totalis altitudinis: & in ea ratione quam habent partes vmbrae versæ, ad duodenarium partium numerum. Metire igitur ipsam distantiam, quam postea multiplicata per 12, productum autem diuide per easdem partes vmbrae versæ. Ei demum qui prodibit mensuræ numero, adde supradictam ab oculo in terram longitudinē: & integrum oblatæ rei obtinebis altitudinē. **C** In summa, hæc præmemorata inter pedem tuum & basin rei obseruata distātia: æquatur ipsi radio visuali, qui ab oculo in rem mensurandam ad perpendiculari incidit, & parallelus existit Horizonti. Ipse porrò radius, vmbra imitatur, quam efficeret pars superior rei vel altitudinis mensurandæ, ab eodem visuali radio separata. Radius autem visualis, qui ab eodem oculo ad rei verticem per vtraq; pinnacidorum egreditur foramina: vices supplet radij solaris, vmbra ipsam terminantis. Respondet igitur huiusc propositionis operatio, cum proximæ & antecedentis propositionis calculo.

Canon gene  
ralis.

Vbi filū meo  
dias secuerit  
vmbras.

Quādo filū  
in latus ceci  
derit vmbrae  
rectæ.

Si filū inci  
derit in lat  
vmbrae versæ


Nota hæc.

54 **R** Ei inaccessibilis, sursum itidem perpendiculariter erectæ, altitudinem quoque dimetiri.

**H**ic supponimus metiendā altitudinē, in eodem plano fore collocatam: sed fossa aut flumine præpeditum eiusdem accessum. Igitur in dato & circumposito plano, altitudinē ipsius rei, per antecedētē exanimato propositionē: & simul animaduertito partes alterutrius vmbrae à filo interceptas. Per ipsarū deniq; partiū numerū, parte 12: & inde prouenientem numerū obserua. Signato postmodū huiuscem primi examinis loco, retrocede, aut progredere paululum pro ipsius plani commoditate, totiesq; oblatæ rei verticem per visualē radiū obseruato: quatenus filum, per aliquot integras eiusdem vmbrae partes, situm immutet. Per partiū deinde numerum à filo comprehendarum partire rursum 12: & quotum veluti prius seruato numerū. Horum porrò seorsum obseruatorū numerorū minorē à maiori demito: & relictā inde seruato differentiam. Metire tādem inter primā & secundā stationē interceptū longitudinis interuallum: & inuentū mensuræ numerū, diuide per ipsam prius inuētorū

Prima obser  
uatio.

Secunda ob  
seruatio.



## ORONTII FINEI DELPH.

numerorum differentiam. Procreabitur enim eiusdē mensuræ numerus: qui vna cū adiuncto ab oculo in terram interuallo, propositam ostendet altitudinem.

### ¶ Propositio quinquagesima quinta.

**E**Iusdem rei supra montem constitutæ, ex circumposito plano, altitudinem examinare. 55

¶ Obseruetur in primis ex ipso circuadiacenti plano, ipsius tantum montis altitudo, per doctrinam antecedentis quinquagesimæ quartæ propositionis: ac si foret res quædam inaccessibilis. Deinde montis & collocatae super ipsum rei mensurandæ simul inuestigetur sublimitas: factis ut oportet geminis obseruationibus, per eandem quinquagesimæ quartæ propositionem. Subtrahatur demū altitudo montis, à totius aggregati sublimitate: nam pars inde relicta desideratam indicabit altitudinem. ¶ Hinc potes fenestrarum, aut similiū rerum, aliunde quām à terrestri plano prominentium inuestigare longitudinem.

### ¶ Propositio quinquagesima sexta.

**P**Lani longitudinem, seu longitudinis super terrestri superficie coextensæ, supputare quantitatem. 56

¶ Per huiusmodi longitudines intelligas velim terrestrium planorum vel arearum latera, humanæ staturæ excedentia quātitatē, & vtroq; termino visuali radio cōprehensibilia. Accedas igitur ad alterutrum metiendæ longitudinis terminum: & conuerso versus reliquum terminum dextro quadrantis pinnacido, leua aut deprime quadrantem (filo semper liberè pendulo) quatenus per vtraq; pinnacidiorum inspiciendo foramina, datū longitudinis terminū visuali radio cōprehendas. Quo facto, metire baculo quopiā, aut pendula chorda, interceptū ab oculo in terrā interuallū: & perscrutare fili cōtactū in vmbra rectæ (in quā semper incidet) latere. Quā enim rationem habebūt partes vmbra rectæ, ad 12: eam seruabit & prædictum interuallū, ad datam plani longitudinem. Atqui tria prima sunt nota: igitur per quatuor proportionalium numerorum normam, si multiplicaueris comprehensum ab oculo in terram interuallum, per 12, & productū produiiseris per partes vmbra rectæ, quartum innotescet, optata videlicet plani longitudine.

### ¶ Propositio quinquagesima septima & vltima.

**R**erū depressarū: profunditatū m̄e q̄titatē, tandem reddere notam. 57  
¶ De rebus velim intelligas, quæ à plāno terrestri, in profundū demerguntur: quas puteos, fossasve adpellare consueuimus. Accipito igitur oblati putei, aut fossæ (cuius profunditatem metiri desideras) diametralem seu transuersam latitudinem: & in certum redigo m̄esurarum numerum. Deinde ex supremo eiusdem putei aut fossæ latere, vel orificio, obserua de more cū quadrante, infimum & è diametro constitutum terminum: & videto ubi nam filum (quod semper cum suo liberè demittatur perpendiculo) tunc inciderit. ¶ Nam si filum per medianam ceciderit vmbra rectæ distinctionem: profunditas erit æqualis latitudini. Si autem filū secuerit latus vmbra rectæ: tunc latitudo profunditate minor erit, & in ea ratione, qua se habent partes vmbra rectæ ad duodecim. Duc igitur latitudinem in 12, & productū diuide per partes ipsius vmbra rectæ. Quod si forsitan filum inciderit in latus vmbra versæ: fiet è conuerso. Nam latitudo profunditatem superabit, idq; in ea ratione, quam habent 12, ad partes vmbra versæ. Multiplicetur ergo latitudo, per partes vmbra versæ: & productum diuidatur per 12. Habebis enim altero duorum modorum, oblatam profunditatis quantitatem. ¶ Hinc patet, quām facile sit è fenestra, aut dato quopiam eminenti loco plani longitudinem, in occurrentem ab oculo in terram altitudinem incidentem: per cognitam ipsius altitudinis quantitatem, ex supradictis versice colligere, duarum proportionalium rationum antecedentia, in consequentia transmutando.

Quæ lōgitudines sub mensuram cadant.

Quādo latitudo æquatur profunditati.

Quādo profunditas latitudine minor

Quādo latitudo profunditatem superat.

Corollariū notandum.

## AVTHORIS CONCLVSIO.

Habes igitur æquissime, ac studiose lector, quæ in quadrantem nostrum Astrolabicum: interea dum vniuersum Mathematicarum discursum nostro Marte conscriptum, & separatis propediem ædendum voluminibus, in communem reipub. literariæ gratiam præparamus:nuda & aperta traditione absque exemplorum inutili multitudine, tibi communicanda, & futura non ingrata censuimus:Necnō quadrantem ipsum in venustiorem, ac longe fideliores descriptionē tandem immutatum. Fruere igitur, ac feliciter vtitor, hisce quantuliscunq; laboribus nostris:& Christianissimo Regi F R A N C I S C O, mecœnati nostro clementissimo(cuius munificentia & fauore hæc facimus, & longè grauiora molimur) prosperrimum, ac longæuum imprecare vitæ successum. Vale.

QVADRANTIS ASTROLABICI, VNIVERSIS  
Europæ regionibus inferuentis:Ex recenti aucta,  
& recognita traditione ORONTII  
FINEI Delphinatis, Regij  
Mathematicarum  
professoris,  
F I N I S.

Laus Deo.

VIRES CIT VVLNERE VIRTVS.



# ATLANTIC CONCLAVES.

SCOLARIA ASTRONOMICA UNIVERSIS

ПТИЧЬЕ зоопарк

MAY DEPARTMENT

• 214 •

**S**OSA VIRTUTI VALINERIA











Observer  
B

Núm.

